Additio Sanguis fluens ex narib⁹ restrigit̄ sex modis. p̄mo p̄ infrigidātia ex q̄b⁹ sanguis ingrossatur sicut lactuca semperui. aqua rosea ꝛ acetum ꝛ simi lia. ꝛ si expedit addatur opium. iusquiamum. mandragora. ꝛ similia: ꝛ ideo. Ad idem pannus lineus infusus in aq̄ ꝛ aceto et expressus expositus circa colluꝫ multum valet. Similiter infrigidare spatulas ac etiam infrigidare epar multum valet emplastrare etiā fronteꝫ ex frigidis ꝛ tempora. Secūdo modo restringitur cum stipticis sicut acatia ypoquistidos bolo armenico corallo lapide emathites: t̄ra sigillata. ꝛ alijs quia restringūt orificia venarum. Et ideo valet hoc emplastrum. ℞. succi plantaginis. aque rosate. an̄. ℥. iij. aceti. ℥. s. albumina duorum ouorum terre sigillate quātum sufficit. ꝛ fiat emplastrum liquidum aliqualiter. Ualent trocisci ex pnluere constrictiuo ꝛc̄. Recepta scribitur a mesue ꝛ est talis. ℞. sanguinis draconis gummi arabici assari antere. i. seminis rosarum acacie ypoq̄stidos spodij balaustie boli armeni terre sigillate ematites coralli. rub. an̄. ʒ. j. s. semis papaueris seminis portulace cornu ceruini adusti cineris gallarum nucū cipressi. an̄. ʒ. j. puluerizentur subtiliter ꝛ incorporentur cum succo plātaginis ꝛ fiant trocisci possūt etiam reduci in formam emplastri ꝛ super tempora ponātur. Tertio modo restringitur cōglutinatiuis cōglutinando orificia venarum: sicut thus mastix draga gantum farina volatilis in molendino tela aranee ꝛ similia et hec misceantur etiaꝫ cum frigidis vt magis adhereāt. Quarto modo restringitur cum restringentibus a forma specifica sicut stercus asininum: succus eius cinis eius iniectus stercus porcium carabe: portulaca: menta: ꝛ eius succus qui diu stetit in incaustro tela aranee. Et nota q̄ omnem fluxum sanguinis stercus asininum restringit quocunq̄ modo approximetur siue emoroidal'sit. siue ex vulnere ꝛ maxime succus stercoris. Quinto restringitur fluxus sanguinis narium cum distrahētibus siue interueniat euacuatio vt flebotomia cephalice: siue epatice vel safene: vel vene magne que est in spatulis vel alterius vene in parte diuersa siue euacuetur vt cū ventosa posita super mēbro a q̄ peruenit flux⁹ siue sit epar: siue splen: ꝛ cum ligaminibus exteriorum sicut brachiorum coxarum mamillarum testiculorum ꝛ p̄ appositionem vrticarum fortiter pungētium ad extrema ꝛ sub asellis: ꝛ alijs p̄tibus corporis. Sexto modo restringitur fluxus sanguis cum cauterizantibus inducendo crustaꝫ sup̄ orificijs venarum a quibus manat sanguis: sicut attramentum arsenicum calx viua insufflando eam in nares. etiam ferrum ignitum si caute ponatur. alumen operatur a qualitatibus et forma specifica. et etiam cauterizat multum facit laudes Auic̄. de balneo aluminoso in restringendo menstrua Emplastratio fiat ꝛ inunctio in timporibus ꝛ frōti ex gypso ꝛ albumine oui commixtis. Item sanguis draconis boli armeni terre sigillate. an̄. pillorum leporis vstorū et cum albumine oui misceatur ꝛ fiat stuellum. Item ficia maior apposita super epar ipsuꝫ constringit.

De paralisi lingue

Paralisis lingue dicitur nocumentum in neruis motiuis per quos fit motus locutionis. aliquando etiam patitur lingua nocumentum in neruis sensitiuis per quos fit gustatio.

¶ Si lingua subito propter frigus distorqueatur. statim fac gargarismata de vino decoctionis saluie. rute. piretri. collo pone. calefacto ꝛ confert. Experimētator. ¶ Item impone in ore ꝛ sub lingua pillulas istas. ℞. castorei. piretri. radicis pionie. an̄. confice cum tyriaca magna multum valet. Exp. ¶ Item vnge exterius cum oleo iuniperi. vel cum arogon marciaton. an̄. acuatis. cum castoreo. piretro: valet in omni paralisi de frigida causa. ¶ Itē ruta. piretrum. saluia. cinamomū. alias ciminum. sinapi. sal. buliant in oleo vsq̄ ad medietatem et vugatur multum confert. ¶ Iteꝫ si neruus motiu⁹ impediatur supra occipitiuꝫ fac emplastrum vnde oritur cūm pice calida. oleo antiquo. axungia porci. stercore columbino. calcē viua. fimo humano. castoreo ꝛ piretro. ¶ Item si ledatur neruus sensitiuus pone emplastrū in prora. idest in p̄ma p̄te capitis quia inde oritur. si alibi est origo morbi. pone ibi. ꝛ non super lesum membrum. Hec ōnia vsque hic dicit experimantator. ¶ Item si lingua vel gula inflatur superduc saphiruꝫ electum. quia tumorē tollit. Lapidarius.

Addito Fricare linguam cum saluia si expedit facit loqui citius ꝛ competit pueris et etiam quaudo lingua paraliticatur. Gargarisma factum ex decoctiōe saluie. ysopi. acori valet ad faciendum loqui. ¶ Piretrum ligatum in panno si aliqualiter

masticetur valet. sed si masticetur sine panno pustulas facit in ore. Ad idem valet oximel squilliticum quando ex eo colluit os. Ad idē ℞.condisi.ʒ.j.euforbij.ʒ.ß.puluerizent simul ⁊ cum eis fricetur lingua. Ad idem. ℞.salis armoniaci.piperis. sinapis.baurach. ʒʒ.saxifragie origani.sansuci.salis naptici.añ.partez j.puluerizentur subtiliter ⁊ aque calide misceantur ⁊ fiat gargarisma diebus continuis et est res experta. Ad idem. ℞.mellis rosati colati.℥.ij.salisgemme.ʒ.ij.misceantur ⁊ lingua sepe colluatur.

De vuula.

Vuula appellatur illa lingua q̄ est supra istos duos meatus.scilicet supra viam cibi siue meri ⁊ supra viae anhelitus siue tracheā arteriam ⁊ quando homo loquitur stat illa lingua supra meri ne aer ingrediatur ad stomachum. ⁊ quando homo comedit stat supra viam anhelitus ne cibus ⁊ potus vadant ad pectus ⁊ ideo non est bonum comedere ⁊ loqui simul. ¶ Si vuula nimis relaxetur fiat minutio si competit.⁊ post fiat gargarismus cum aqua decoctionis balaustie ⁊ aceto. ⁊ cupularū glādium ⁊ similibus. ¶ Item fiat puluis de pipere ⁊ acatia et supponatur vuule cum pollice hec duo ego. ¶ Item impleatur testa nucis: media extracto nucleo.de pice galbano.oppoonaco.⁊ calidum appone fontinelle colli post occipitium multum eleuat vuulam attrahendo.⁊ melius erit si ponatur alia pars simili͞t impleta vertici capitis raso.Expi. ¶ Item coquatur ouum plenaria decoctione ⁊ calidissimum diuidatur cum vitello per medium et pars vacua apponat vertici capitis raso.istud ego. ¶ Item totum ouum bene coctum remoto cortice pressum aliquantulum apponatur vertici.Expi. ¶ Item conficiātur gummi rute.semē sinapis.thus.pix.oppoponacū. galbanū.actu calida apponant in chronico morbo. ¶ Item cinis radicis caulis combuste sb̄iectus vuule eam leuat desiccando humores ¶ Item pulegium cum aceto datum potui et naribus applicatum loquelam subito amissā restituit statim.Expi.⁊ Mac. ¶ Item cauteriū est vltimū remediū.

Additio Quādo est materia calida facta flebotomia ⁊ euacuatione vniuersali in principio cōpetunt repercussiua sicut ista. ℞.decoctionis gallarum.℥.iiij.dyamoron.℥.ij.misceantur et fiat gargarisma.prohibet dilatationem. ¶ Itez in augmento competit medicamen rosarum factuz ex gallis ⁊ sale armoniaco tritis simul. ¶ Itē decoctio repercussiua facta ex decoctiōe citri seminis rosarum cum succo barbe yrcine et modico aceti in principio prohibet dilatationem. ¶ Itez gargarisma thuris.masticis.nucis.cupressi cum dyamoron. ¶ Quando est materia frigida in processu valet hoc gargarisma saluie.seminis sinapis.añ.℥.ij.buliant in aqua sufficienti ⁊ coletur ⁊ addātur colature mell'colati ro.℥.iiij. et fiat gargarisma. Ad idem valet gargarisma factuz ex oximelle.sinapi.molito cuz aceto añ.partes equales Ad idem valet pro eleuatione eius hoc. ℞. balaustiarum.aluminis.añ. partem vnaz cāphore partez.ß.ponatur cum instrumento in vuulam. Ad idem. ℞.anthere.℥.j.succi barbe yrcine.ʒ.ß.buliant in vino ⁊ ex eo fiat collutio oris. Ad idem. ℞. gallaruz partes duas salis armoniaci partem mediam puluerizentur et ponātur ad vuulam. ¶ In infantibus linitio sincipitis ex galia adusta cū aceto multum valet.

Explicit liber primus.

Incipit liber secundus.

Incipit liber secundus
Et sunt eius capitula xviij.

De squinancia.

Quinancia Est apostema gutturis impediens viam anhelitus ꝛ viam cibi. Dicitur autem guttur via media inter viam anhelitus ꝛ viam cibi.

In squinancia primo fiat flebotomia magna. post vtere gargarismis interius ꝛ exteri⁹ vtere euaporatorijs. vt materia exterius euaporetur. interi⁹ de succo solatri. in quo coquātur lentes. ro. liquiritie. parū cassiefistule. pri⁹ fiat minutio de venis sub lingua. Cō. Uel cū aceto ꝛ melle decoctiōis balaustie. acatie ypoquistidos hoc ego. Et a parte exteriori cuꝫ absintio torrefacto calido et similibus. hoc ego. Item stercus caninum interius cum galla alias calamo isufflertur ꝛ desup emplastretur mirabilissime sanat. Con. Item teratur cepa lilij. ꝛ fermentum. ꝛ ficus. ꝛ distemperent̄ cum lacte porcino qd̄ coctum ꝛ gargarizatuꝫ sua proprietate rumpit apostema. idem. Itē limatie maxime que īueniuutur in arborib⁹ emplaste sup oīa valent ad squinātiā rūpendam ꝛ maturandam. Exp. ꝛ. Item ysopus coquatur in aceto de quo fiat gargarismus ꝛ consumet tumor vuule ꝛ maxime si flos ysopi fuerit pulverizatus ꝛ suppositus vuule cuꝫ digito. Platearı⁹. Item ventosa supposita capiti raso eam attrahit. et sic eleuat. hoc ego. Item fac pultes de farina siliginis quasi liquidas cum aceto decoctionis rute. aperi os ꝛ da ad sorbendum loquelam amissaꝫ restaurat effectus est mirabilis. Ex. Item cinis radicis aneti vuulam desiccat ꝛ eleuat. Ex. Itē radix celidonie bulliatur trita cum vino de q̄ facito gargarismuꝫ vuulam desiccat. ꝛ caput purgat. circa In. Itē dyamorō acetū ꝛ mel mixta calida gargariza. statī desiccat vuulaꝫ ꝛ fleuma cōsumit. Nycolaus dicit de dyamoron q̄ omnes causas vuule ꝛ palati adiuuat. Iteꝫ radix caulis euulsa que postea nō tetigerit terram collo patientis suspensa certissime cunctos morbos vuule tollit Item emplastrum factum de stercore canis ꝛ bois. ꝛ de felle taurino multum valet. Item fiat gargarismus de decoctione ficuuꝫ siccarum ꝛ fimo canis cito aperit apostema. Iteꝫ audiui a pluribus expertis q̄ verbena trita et emplastrata. ca. sanauit pluries squinantiam distemperatam. Exp. Item dicit Dyaſco. q̄ verbena ligata sup tumores aperit eos ꝛ sanat ꝛ spargit. Item flos oculi bouis comestus omni tempore squinantiā peruenire nasci non permittit. herba est. Dy. Item terra nidi yrundinis tumorem faucium et maxillarum tollit. Dyas. Item balaustia et camphora pulverizata ꝛ superposita est bona medicina ad euadendum vuulam. Auic. Iteꝫ galle cum sale armoniaco bonum est a rof. Auic. Item ad periculosam cōbure yrundines veteres in olla rudi. ꝛ pulverem misce cum melle ꝛ cum penna gulam exterius vnge. S. in pas. Item in periculo tolle sanguinem cū ventosis inter scapulas positas multum minuit materiam ꝛ attrahit ad oppositū S. in pas. Item inuoluatur totā gula exterius lana succida infusa in decoctione ysopi. ꝛ oleo oliuarum. S. super viac. Item. ℞. se rosarum lb. s. barbe hircine. ℥. iij. coquantur ī melle ꝛ vino fiat gargarismus. Itē in causa frigida bulliat in vino forti marciaton. agrippa. dyaltea. ꝛ stuppe ibi ponantur ꝛ intingantur ꝛ inuoluatur collum maturat enim. ꝛ diaforesim facit. Con⁹. Item filum serīcum intingatur in sanguine muris et cum filo illo vipa prefocetur tur. multum valet. idē in eodeꝫ. Iteꝫ stercus infantis similiter valet. Item stercus canis albi. sola ossa comedentis gargarizatum ꝛ exterius emplastratū multum valet. Iteꝫ fimus humanus sicc⁹ cum melle confectus squinanticos sanat

Item fiat emplastrum exterius de stercore hominis recentis et fermento et visco arboris et cinere thuris combusti et axungia cirogrillorum et cuniculorum hoc maturat. et exterius attrahit et rumpit apostema hoc ego. Item diligenter caue ne exteri⁹ vtaris repercussiuis. sed dissolutiuis et attractis et maturatiuis interius autem vita dissolutiua a-

apatũ ꝛ vtere repcussiuis.ꝛ i augmẽto dissolu tis parti: ꝛ parti repcussiuis.i statuvtere disso lutiuis iteri⁹. hoc ego. ¶ Item scabiosa gargarizata bibita vel emplastrata squinantiam desperatam sanat.certum est. ¶ Item in ore aperto pone baculum ne possit claudi ꝛ considera locum apostematis.ꝛ cum ligno acuto crepa.nihil est ita efficax. Platearius ꝛ quidã aliꝗ sunt experti. ¶ Item reuelatum fuit diuinitus bono Bonifacio episcopo vt daret potui parrotianis suis squinanticis herbam que dicitur morsus demonis ꝛ emplastraret. oẽs curati sunt. ¶ Item ad vuulam eleuandam calidissimum sal liga in panno et appone fõtinelle colli.multum valet.Ex. ¶ Item cõtra squinantiam oratio bona. ¶ Domine Ihesu christe deus noster per virtutem sancti tui nominis Ihesu.ꝛ per orationem beati blasij serui tui liberare digneris famulum tuum. vel famulam tuam. N.ab infirmitatibus gule ꝛ gutturis ꝛ vuule.ꝛ aliorum membrorũ suoꝝ qui viuis ꝛ regnas per omnia secula seculoꝝ Amen.Et dicit orator orationem ter.ꝛ ter pater noster.Quando collum circũdatur a quodam qui videtur verme ꝛ quando peruenit ad gulam tam cito suffocatur homo. incipit enim a parte posteriori. ꝛ facit duas caudas ꝛ coniunguntur in gutture quibus cõiunctis homo moritur.Accipe contra hoc stercus canicũ bene album ꝛ siccũ ꝛ tere et pone in olla noua ꝛ bulliat in forti vino quousqꝫ densetur ꝛ ponatur calidum in collo toto ꝛ ligetur ꝛ fiat flebotomia sb lingua tam cito curatur. Hec ego.

Additio In principio quando materia est calida gargarismus ex succo lactuce valet a complexione et a forma specifica. ¶ Item gargarismus ex decoctione gallaꝝ sumach ꝛ dyamorõ. ¶ Itẽ gargarismus ex decoctione mirtilorum valet. ¶ Item. ℞.sirupi de papauere dyamorõ. anã.℥.ß.aque rosate.℥.ij.misceãtur.et fiat gargarismus. ¶ Similiter valet tenere pillulas in ore que prohibent descensum reumatis calidi que posita sunt in.c.de catarro.Ad idem ℞.aque rosate.℥.iiij aceti.℥.j.misceantur et gargarisa.Ad idem rob vini in aqua rosata. sil'r si ponãtur rob vini granatorum. ¶ In augmento. ℞.liquiricie rase vuarum passarum mundatarum ab arillis .anã.℥.ß. caricaꝝ pinguiũ.℥.j.semis psilliꝗ.semis citõioꝝ.semis papauerꝗ albi.anã.℥.ordei mũdati.qrtꝗ.ß.mell'.℥.ij.fiat decoctio parum clarificata vsque ad consumptionem medietatis et coletur.Ad idem.℞.dyamoron.℥.ij.mellis rosati cocti.℥ j.fiat decoctio ficuum liquiritie ordei passularum dactilorum et fiat gargarisma. ¶ In statu competit oximel dyureticum et repercutitur materia.Unguentum ab extra maturatiuuꝫ.℞.mucilaginis seminis psilliꝗ seminis citoniorũ.anã.ʒ.ij.medulle cassiefistule butiri sine sale.anã.ʒ.ß.fermenti caricaruꝫ pinguium.anã.ʒ.j.vel.℥.j.olei violati.℥.ij.misceantur ꝛ vnguentum fiat. ¶ In squinancia frigida in principio quando materia est frigida grossa. competit gargarismus subtilissimus sicut iste.℞.radicis yreos.℥.ß.ysopi capilli veneris recentis.anã.M.i.liquiritieꝗ rase vuarum passarum enucleatarum caricarũ.anã. ℥.j.seminis fenugreci seminis lini.anã.℥.ß.ordei mundati quarteriũ.ß.mellis electi.℥.ij.fiat decoctio parum clarificata vsque ad quarterꝗ.iij. ¶ In statu ad rumpendum competit oximel squiliticuꝫ maturatiuum ab extra.℞ vnguenti dialtee quartꝗ.ß.mucillaginis seminis fenugreci seminis lini.anã.ʒ.ij. medulle cassiefistule butiri recẽtis sine sale.anã.℥.ß.fermenti caricarum.anã.℥.j. olei amigdalarum dulcium.℥.ij.misceantur. ¶ Pillule superius descripte contra reuma frigidum retente in ore valẽt.In principio squinantie .Gargarismus ex decoctione morsus diaboli continue valet .Ad idem.℞.oximellis compositi ℥.ß.dyamoron.℥.ß.fiat decoctio ficuum passularum yreos ysopi mirti ꝛ apponatur modicum croci.Et si decoctio fiat sine piretro pipere sale et armoniaco et nitro erit gargarisma valde fortius aliquo predictoruꝫ.

De egritudibus pectoris siue tussi.

Tussis Est motus uirtutis naturalis expulsiue suscitatus ꝛ iuuatus per animalem sensibilem ꝛ motiuam ꝛ etiam motus secundũ dispositionem naturalem circa spiritualia cõuersantis ad expellendum nociua.

¶ Gummi cerasorum dissolutum cum vino veteri ꝛ datum ad sorbendũ exasperatas arterias pectoris optime lenit.Dya. ¶ Itẽ auellane assate ꝛ trite ꝛ date cũ mulsa antiqͥssime tussis molestiam sedant.Dya. ¶ Iteꝫ contra stillicidiũ reumatis antiquum ꝛ periculosum ꝛ cõtra vlceratiõnẽ pulmonis raso capite apponatur emplastrum de semine sinapi et cera ꝛ vlcerabitur cutis ꝛ reuma siccabitur. Dya. ¶ Itẽ bacce lauri bulliãt i aq̃ ꝛ fum⁹ recept⁹ p nares ꝛ aures frigidũ reuma siccabit.Dya. ¶ Item fiat stupha in itroitu lecti de labdano ꝛ olibano positis sup prunas ꝛ nil meli⁹ reũ.siccat ꝛ cerebrũ cõfortat.h ego. ¶ Itẽ assa fetida data cũ ouo sorbili opilationẽ de gross

τ viscosis hu.abũdãti⁹ i pulmõe apit τ asma/
ticos sanat.cc̃.In.τ Cõ.¶ Jtẽ lixiuiũ factum
de cineribus maxĩe quercus.hu. supfluũ dis≠
soluẽdo τ cõsumẽdo pulmõis apit efficacissi
me opilationẽ maxime q̃ ex aliq̃ vẽtosa alias
venenosa fca ẽ mã.Dy..¶ Jtẽ pulmo vulpis
specialit̃ vʒ asmaticis anhelosis τ õni stricture
pulmonis.Sixt⁹ τ Cõ..¶ Jteʒ lingua arietis
comesta sepe ẽ vtilis.Sy.sup via. ¶ Jtẽ.pul/
uis fimi canis aspgatur sup filtrũ vel pãnum
inunctũ melle τ axũgia veteri dispumata et
liq̃fcã τ ponat̃ super pectus vl̃ sup collũ squi
nancis multũ vʒ.Sy.sup viati..¶ Jtẽ sinap.
sem̃ cõficiat̃ cũ caricis pinguib⁹ τ det̃ in sero
dissoluit hu.grossos τ apit pulmonis opilatõ
nẽ.τ apit etiã vias anhelit⁹ τ pulmonis.Dy.
¶ Jtẽ fimus de auripigmẽto p os receptus
asma τ hum.grossos τ viscosos soluit.cc̃.In.
Jtẽ ad purgãdũ pect⁹ Accipe rutã abrotanũ
pulegiũ mẽtã τ apiũ.fac claretã cũ melle τ bi
bas ieiun⁹ τ qñ vadis ad lectũ dormitũ τ p⁹ nil bi.
¶ Jtẽ ad tussim siccã.℞.vngl̃e caballine ra≠
dicẽ τ diuidas in rotulas τ sup tegulã calidã
pone vt pa.bñ coopertus fumuʒ in ore recipiat
donec sudet.τ euadet si sepe fecerit.¶ Jtẽ ad
tussim vinũ albũ bullias cũ summitate bran≠
che vrsine τ da bibere.

Additio Maturatiuũ i tussi calida
τ aspera sunt sicut syrupus
violat⁹.syrupus de papauere de iniubis aq̃
decoctionis ordei violarũ.liquiritie passulaꝝ
sebesten zuccari al.Euacuatiũ i tali passiõe.℞
medulle cassefi.℥.ij.ß.distẽpent̃ cũ pdcã decoc
tiõe τ addat̃ in decoctiõe pma tamaridoruʒ
℥.ß.seminũ cõium papaueris.capilli veneris
añ.ʒ.ij.Cõfectiões valẽtes dyadragagãtũ lac
dyapapauer penidij liquiritia pill'e bichichie
rotũde sb lingua i tussi sicca τ aspa.¶ Vnguẽ
tũ i tussi sicca τ calida.℞.mucillaginis psilij
mucillagis dragaganti gũmi arabici.añ.ʒ.ij.
axũgie galline medulle vituli.añ.℥.ß.olei vio
lati olei amigdalaꝝ dulciũ.añ.q̃rt.ß.cere q̃tũ
sufficit τ fiat vnguẽtũ.Ad idẽ.℞.olei violati
cere albe.añ.q.sufficit et fiat sparadrapus ad
lõgitudinẽ vnius palmi τ ad latitudinẽ me≠
dij τ ponat̃ sup pectus.¶ Jn tussi frigida fleg
matica qñ mã ẽ flegma grossũ i pectore cũ ãs
cã tussis valet iste syrupus. ℞. radicis yreos
radicũ enule cãpane.añ.q̃r.ß.ysopi capilli ve≠
neris recẽtis.añ.M.ij.serpilli calamẽti origãi
psilij.añ.M.j.ãisi feniculi semis vrtice orobi
semis fenugreci semis lini añ. añ.℥.j.ordei
mũdati.qr.ß.liq̃ritie rase vuarũ passulaꝝ mũ
datarũ ab arill'.añ.℥.ij.mellis zuccari.añ.lbꝛ
ß.fiat sirupus clarificat⁹ vsq̃ ad q̃r.ij.Jtẽ valʒ
sirup⁹ de orobo vl' de isopo τ ẽ abstersor bon⁹

Jtẽ sirup⁹ de liq̃ritia τ sic fiat.℞.sirupi de yso
po.℥.j.de liq̃ritia.℥.ß.fiat decoctio liq̃ritie or≠
dei dactiloꝝ passulaꝝ cũ zuccaro Jtẽ sirup.de
prassio oximel squilliticũ pillule d̃ agarico s̃ʒ
descriptionẽ mesue τ auicenne cũ q̃b⁹ dẽt pur
gari post sirupũ.℞.radicã lilij radicũ feniculi
añ.℈.j.agarici.ʒ.j.turbit.ʒ.ß.pulpe colloq̃nti
de de sarcocolla.añ.℈.ß.ierepigre Galieni.℈.ij
puluerizẽt̃ τ fiãt pille cũ succo capilloꝝ vene≠
ris τ administrent̃ in introitu lecti.¶ Vnguẽtũ
ad pect⁹ qñ est tussis hũida de mã flegmatica
i pectore.℞.mucillagiꝝ fenugreci mucillagi
nis seminis lini.añ.℈.ij.olei amigdalarũ dul/
ciũ tere quãtũ suffic̃ τ fiat vnguẽtũ τ fiat spa
radrap⁹ in q̃titate vt s̃. Ad idẽ vʒ bõbix bñ
carminat⁹ τ madefact⁹ in oleo amigdalaruʒ
dulciũ τ calefact⁹ ad ignẽ.¶ Suffumigiuʒ ad
idẽ.℞.ysopi.M.j.liq̃ritie passulaꝝ mũdataꝝ
ab arill' q̃rtũ.j.ß.se.fenugreci se.lini.añ.q̃rtis
ß.bulliãt i q̃tuor lb.aq̃ vsq̃ q̃ redeãt ad duas
libras.¶ Cõfectiões cõuenietes loch de pino
dyapenidiõ loch sanũ τ exptũ ẽ dyaprassiũ Et
ẽ fortior alijs loch de squilla dyapris vt puto
Salomõis.Jtẽ ius galli antiq̃ cũ q̃ bulliãt se
mina cartami ysopus yreos passule se. vrtice
Jtẽ a pprietate mltũ vʒ ꝯ ß.enula croc⁹ pulmo
vulpis bñ lotus cũ vino τ exiccat⁹ τ det̃. ʒ.ij.
cũ bono vino dulci vel cũ decoctione pdicta.

De sputo sanguinis.

Sputi sanguinis diuerse sũt cãe:
qꝛ aliqñ a narib⁹ venit
ad palatũ τ pect⁹: aliqñ ppt̃ gigiuas τ aliqñ a
stõ:epate τ splene:aliqñ ppt̃ retẽtionẽ mẽstru
orũ:aliqñ ppt̃ vlcera pectoris τ pulmõis.τc̃.
¶ Quãdo quis sãguinẽ spuit vel ipm vomit
da ei bibere succum centinodie que vulgarit̃
dicitur lingua passerina τ statim cessabit.Ex.
¶ Jtem axungia galline.anseris.porci.anatis
medulle bouis butiri recentis.olei violaruʒ
añ.conficiantur hõ omnia liquefacta τ addat̃
cera alba τ gummi arabici.τ dragagantum.
ita vt sit ad similitudinem vnguenti fiat pus
stupha supra pectus cum decoctiõe bismalue
donec sudet τ tunc bene vngatur pectus τc̃.
τ supra ponat̃ pellis.vulpis vel simil' calida τ
nichil plus exterius iuuat.S.sup via.¶ Jtem
ficus siccas τ liquiriciã coque i vino albo cla≠
ro.sed prius iple ficus cũ se:sinapis.et vinum
bibat qualibet nocte qñ comederit fic⁹ oẽm
clausurã pulmois aperit vt libere possit ĩspi≠
rare.Ex.Dy.¶ Jtem gũmi persici datũ screã/
tibus.i.spuẽtib⁹ sanguinẽ miro mõ sbuenit et
clausuras occltas thoracis apit τ pulmõis vi
scer̃ expurgat.S.idẽ fac amigd.Jtẽ pliuis mo≠
roꝝ ficoꝝ ẽ vltimũ remediũ screãtib⁹ sãguieʒ

C Item syrup⁹ ɔtra emothoicā pas.q̄ nil me/ ē.nil vtilius.nil efficati⁹ vt dicit Gil. ℞.ypo/ cīstid.chimolee.boli ar.acacie. coralli albi.et ru.pul.fauine.mūmie.mente.psidie.galle.ba/ laustie.gūmi arabi.dragagāti. syraphici.cor/ rigiole.se.arnoglosse.roris siriaci sumac.san. dra.sanguinarie.aā.ʒ.vij.zuccari.lb.ij.fiat si rup⁹cū decoctiōe arno.dat⁹ cū decoctiōe cito mor lenticular.mespilor.multū valet emo toicis.emor.dissinterie.vomitui ꝛ fluxui.M ꝛ Gilb. C Itē puluis ossis sepie cū aq̄ bibitus asmatic] oīo pdest. C Itē thim⁹ꝛ epatica terā tur in aqua bullienti teneant̄ die ac nocte in olla bñ obturata ne fumus exalare possit co letur ꝛ addat̄ mel.ru.dispu.detur in introitu lecti mire sanat alma. C Item amigd. datum sanguinem reiciētibus singulare psidium est Dy. C Item radix dragōtee cum melle sump ta humores a pectore expellit non redituros Mac.

Additio Electuariū istud vz.℞.dia rodon.diapapaueris triasā dali zuccari ro.facti cū ros.siccis citōiorū cō/ ditorum cum zuccaro sine specieb⁹ aā quar.ʒ. misceantur. C Ad idē.℞.cōserue.rosa.ru.℥.j triasandali.℥.ʒ.coralli ru..charabe lapi.ema titis se.portulalce.se.plātagis.aā.℥.j.sanguis draconis.dragagā.gūmi ara.spody. aā.M.j. pulueris zuccari.q.sufficit.pulueriȝent̄ pulue rizanda subtiliter ꝛ misceant̄ ōnia in moduz zuccari rosati. C Ad idē trocisci Johānis me sue admistrati cum aq̄ plantaginis quor ru/ brica posita est in ca.de tussi. C Ad idē aq̄ ro. potate succi virge pastoris potati.Ad idē effi/ caciter valet succus plātagīs cū modico opy. Empl'm sup stomacū ab ex factū ex succo plā taginis modico aceti ꝛ terra sigillata et etiaz plantago pistata cum modico aceti. Empl'm valens in sputo sanguis in tussi.ꝛ spūalibus. ℞.trocisco de terra sigillata.ʒ.j.trocis.decha/ rabe.ʒ.ʒ.pulueriȝent̄ ꝛ misceant̄ cum aq̄ plā. aqua portu.aā.℥.j.ʒ.in ore teneantur lābēdo. Electuarinm.℞.zuccari ro.antiqui.ʒ.j.ʒ.elec tuary constriciiui.℥.j.man⁹ xp̄i plati.traiasā dali dyapapaueris.aā.℥.ʒ.troci de t̄ra figgil/ lata.troci de charabe.aā.ʒ.j.incorporent̄ cum syrupo mirtino. Loch valēs aliud ad idē.℞. pinearū mūdatar ab vtroq̄ cortice.℥.i.passu larū mūdatarū.℥.j.ʒ.carabe coralli.ru.la.ema ticis boli ar.aā.ℨ.j.sanguis dra. origani gūi ara.aā.ℨ.ʒ.se.portulace.se.planta. coriandri p̄parati.aā.ʒ.ʒ.mastic]. olibani.aā.grana tria vuarū passarū piguiū.℥.i.aq̄ ro.℥.j.aq̄ portu. ℥.j.zuccari albi.lb.j.ꝛ fiat electuariū q̄ vtatur tenendo in ore lambendo. C Unguētum ad pectus h̄ vnguentū est singulare.q2 restringit sāguinē ꝛ n̄ auget tussi ℞.olei ro.olei amigda lar dul.olei mirtillor.aā.℥.y..succi citonior cere.q.suff.fiat vngtm. Pillule bichichie sub ligua tenēde.℞.dragagāti se.portu.par asati gūmi arabici.aā.℥.ʒ.lapidis ematitis antere boli ar.terre sigilla.charabe coral.ru.aā. ℨ.j. mucillagis psily.ʒ.j.pulueriȝent̄ sbtilit̄ pulue/ riȝāda ꝛ misceātur cū aqua portulace.ꝛ fiaut bichichie in forma lupini. C Syrupus cōstric tiu⁹.℞.granor mirti sumac ros. balaustiarū ātere cōpularū:glādiū gallarū acatie ypocīsti dos.aā.℥.ʒ.sādalor al.se.citonior spody.aā. ʒ.y.dragagāti gūmi ara.boli ar.sanguis dra. aā.ʒ.j.ʒ.terre sigillate.masticis.aā.ʒ.ij.thur]. papa.al.ʒ.y.ʒ.lapidis ematitis.ʒ.ʒ.succi plan. vini citomo.aā.lb.ʒ.dispumēt̄ succi ꝛ colent̄ ꝛ facta decoctiōe cū aq̄ pluuiali ꝛ zuc.al.suffi ciēti fiat siru. Purgatio cū farmaco.℞.pillu/ larū de agarico.ℨ. y.pllular cochia. ℨ.j con ficiant̄ simt̄. Resoluētia sanguinē postq̄ fue/ rit vena ɔsolidata remanēte ī cōcauitate pec toris.℞.tyria.antiq̄.ʒ.j.ʒ.dec̄ cū.ʒ.ij.decocti onis liq̄ritie ꝛ capilli vene. C Ad idē.℞.tiri. antiq̄.ʒ.j.aceti.℥.j.aque ro.℥.y.ꝛ misceāt̄ ꝛc̄. C Ad id aqua scabiose vz.Et nota q̄ si sputū puenit a corruptioe p̄mo fcā flebotomia dēt fieri purgatio eius qd ē cā corrosionis.sed isti raro vl' nunq̄ euadūt. C Medicamē vltimū in ōni fluxu sanguinis ℞.piretri.aā.iusquiā ʒ.v.terre sigillate.opy.aā.ʒ.y.se.canapis cro/ aā.ꝛ ʒ.j.ℨ.j.castorei spice euforby piretri mar garitarū nō pforatarū charabe.zedoarie do/ rōici.aā.ℨ.campho.gna.vi. cōfice cuz melle ro.cocto.q.suff.cit. C Dos ē a.ʒ.ʒ.vsq̄ ad.ʒ.j. cū aq̄ planta.℥.j.ꝛ.ʒ.vini sbtilissimi.℥.ʒ.

De sincopi et inanitione.

Sincopis Est ablatio sensus ꝛ mot⁹ in toto cor pore propter debilitatem cordis.
C Coque gallinā ī vase vndiq̄ obturato do nec p̄sumas q̄ due ptes aque sint cōsumpte. tūc extrahe ꝛ applica gallinā frustratim diui/ sam naribus infirmi:ꝛ ius da potui.si tamen fuerint cum gallina posita confortātia cor sic macis.cubebe.ozimū ꝛ anthos.ꝛ similia.me/ lius erit.h̄ ego. C Item lac calefactum valet C Item da illi istud electuariuȝ.℞. limature auri.ʒ.j.margaritarum.ʒ.j.macis.ʒ.y.cubebe spody.rasure eboris.ossis de corde cerui s̄cri/ ci cōbusti.ros ozimi anthos.aā.ʒ.y.coralli al. ꝛ ru.aā.ʒ.j.gariofil'.ʒ.j.zuccari.lb. ij.musci. ambre. aā.ʒ. y.fac electuariū vl' pul. mirabl'r confortat omni specie sincopis.h̄ ego. C Iteȝ

si fuerit ex sudore vel calore nimio da zucarū ro. cum aq̄ frigida ⁊ asperge aquaʒ ro. ¶ Itē corallus multum confortat cor. Auic. ¶ Iteʒ lignū aloes. macis. crocus. ambra muscus ozimū. anthos ⁊ similia. cōfortant spiritus reparando ⁊ caloreʒ nālem. margarite. corallus. rasura eboris. os de corde cerui. aurū ⁊ argētum. ⁊ similia cōfortant spūs sanguinē corpis purificando ⁊ calorem alterando. ¶ Itē tyriaca electa. radix affodilli florem celestem habēs ⁊ similia cōfortant ipm cor a veneno defendendo ⁊ ipm cōfirmādo. hec colliguntur ex actoribus. ¶ Itē dyarodon. iuly. cū musco pliris. diamargariton leticia. H. addito auro ⁊ argento puro cōfortāt cor

Additio In cā calida tremoris trocisci anthoꝝ qui dicunt̄ cāphorati valent maxime dati cū aq̄ ro. Electuariū ad ideʒ. ℞. cōserue rosarū ru. ℥. ſ. cōserue nenufaris. cōserue buglosse. añ. ʒ. ij. margaritarū. ʒ. j. iacinctoꝝ saphiroꝝ. smaragdoruʒ. se. citri. se. acetose. coralli ru. añ. ℈. j. sanda. al. coriandri ꝑparati. spody. doronici. beē al. et ru. añ. ℈. ſ. ossis de. corde cerui īfusi. ℥. ſ. aque ro. limature auri ⁊ argenti. añ. ℈. ij. pulueriset̄ puluerizanda sicut zuccarū ro. sine igne. Saculus cordialis ab extra fiat ex istis pulueribus ⁊ sindōe. ⁊ ḡna Epithīa. ℞. aq̄ ro. aque nenufa. añ. lb. j. aque buglosse. aque mellisse. añ. ℥. iij. aceti. ℥. j. sandali. se. citri. se. acc. añ. ℥. j. campbore. ℈. ſ. pulueris rosaruʒ. ʒ. ij. ſ. ⁊ fiat epitbima. ¶ Odoratiuū summe odoratiuum fcm̄ dictū in. c. de cura doloris capitis ꝑueniētis a causa calidā. ¶ Sirupus valēs in hoc et iuleb. ℞. aque ro. succi pomoꝝ acctosoruʒ. aq̄ buglosse. añ. quar. j. zuccari. lb. ſ. fiat iuleb vsq̄ ad. lb. j. vel siru. vio. siru. nenufaris. siru. d̄ acetosa. siru. acetosus. sirup⁹ rosat⁹ ¶ In tremore ⁊ finco. a causa frigida trocisci anthoꝝ ⁊ sua cōfecta diamuscū. Ad idē. ℞. Margaritaruʒ. ʒ. j. doronici beē al. ⁊ ru. ʒʒ. florum cinami macis. galange mellisse. añ. M. j. gar̄. cubebe buglosse mellisse. añ. ʒ. ſ. sandali serici crudi ḡna tinctoruʒ ligni aloes. storacis calamite. semi. basilicōis. añ. ℈. ſ. radicis buglosse. ℈. i. croci ʒ. ſ. corticū citri. condisi. añ. ℈. ij. liquiritie. ʒ. ſ. candi. ʒ. x. carniū vuarum paſ. bene pinguiuʒ ℥. j. aque buglosse. ℥. j. aque mellisse succi pomorum dulcium aque ro. de damasco. añ. ℥. ſ musci. ambre. añ. ℈. j. zuccari. lb. ſ. ⁊ fiat electuarium. Ad idem valet diamargariton diacameron simplex vel mixtum

De nausia ⁊ singultu.

Ausea Est volūtas euomēdi sine effectu propter bumores in villis stomachi inuiscatos

¶ Singult⁹ ē q̄si spasm⁹ stōi repleti aut ianiti aut hūore aliq̄ viciati ꝑpē expulsiōeʒ nociuoꝝ ¶ Item semen aneti torrefactum ⁊ odoratuʒ tollit. singultū ⁊ eructuationē. Dy. ¶ Item betonica confecta cum melle et data ad moduʒ fabe facit bene digerere cibū post cenā. Mac̄. ¶ Item origanū potatū cum aqua calida statim tollit morsum stomachi. ¶ Item endiuia emplastrata super stomachū mire eū cōfortat. Ysaac in dietis. Item eadē aufert dolorē stomachi. ⁊ tussim ⁊ suspiria. Mac̄. ¶ Itē gūmi cerasi cum vino veteri solutū et potui datum fastidium nauseantis stomachi tollit ¶ Item aqua decoctionis apy. ⁊ ozimi. estuatiōeʒ stōi tollit. Dya. ¶ Item apiū aquaticū tritum cuʒ mica panis ⁊ emplastratuʒ ardorē stōi tollit. Ysaac. ¶ Item corallus tritus cum aqua bibitus statim dolorem ventris sedat. Dya. ¶ Itē terātur malagranata cum cortice. et accipiat̄ lb. j. succi expressi. ⁊ lb. j. succi mente. ⁊ zuccari lb. j. vel mellis buliant simul donec inspissēt̄ da parū ieiuno cum aqua frigida optime reparat appetituʒ. Auic. ¶ Item succus malorū granatorū acetosoruʒ cū farina ordei emplastratus sup os stomachi morsus cordis tollit. Ysaac ⁊ Ypo. ¶ Item apy radix cocta ⁊ potata idem facit. Ex. ¶ Iteʒ v̄bena portata i sinu vel comesta mire excitat appetitum. certum ē Ex. ¶ Item succus ebuli datus cum melle. ix. diebus tumorē stomachi tollit ⁊ ventrem soluit. Pet. luc̄. ¶ Itē radicē arthimesie. radicē feni. ⁊ folia absin. similit̄ tere et da bibere cū melle tepi. statim vomitū tollit. Petr⁹. luc̄. ¶ Item mastix cū albumine oui: ⁊ aceto confectus ponatur sup forcellā stomachi. stōm cōfortat. ⁊ vomitū retinet. cc̄. In. ¶ Itē zedoariū masticatum a ieiuno ⁊ transglutitū dolorem ventris tollit. Dy. ¶ Item aloe sup omnia stomachum iuuat. Dy. ¶ Itē cōtra dolorem stomachi de frigida cā ciperus terat̄ ⁊ buliat̄ in oleo ⁊ sup ēplastret̄ calidus ꝑcipuū ē remediū. cc̄. In. ¶ Itē fiat emplm̄ de. iij. ʒ. oliba. et ⁊. iij. ʒ. cere. ⁊. ʒ. ſ. garofi. cc̄. in. ¶ Item nepita calamentū cū vino bibitū tollit dolorem stōi. Mac̄. ⁊ Dy. ¶ Itē plagene ad moduʒ empl̄i de stupa infundant̄ in aqua ⁊ cōpresse. ¶ Itē infundātur in albu. oui et sup aspgat̄ puluis olib. subtilis ⁊ ponatur vna sup orificium stomachi. ⁊ due sup pulsus vtriusq̄ brachy statī tollit vomitū. E. ¶ Itē niphea cū vino bibita trita multū velet. ⁊ arcet vomitū. ¶ Itē ꝯtra vomitum nimiū ⁊ ventris solutionē. ciminū buli in aceto ⁊ bibat acetū ⁊ comedat ciminū hec duo. H. in dya. ¶ Itē idē ibidē olib. ⁊ succū mente ⁊ parū aceti simul buliāt ⁊ fiat em

plastrū ꝛ ponaᵗ in furcella pectoris. ¶ Jtē idē ibidem mastic. cimini. bacce lauri. an̄. ʒ. j. tere ꝛ cū succo rute cōfectū cū stupa sup̄ stomachū impone. est mirabilis effectus.

Additio Item hoc vinū. ℞. diptami subtiliter pulverizati. ʒ. iiij. tyriace. ʒ. j. misceantur ꝛ cū bono vino distēperentᵗ ꝛ vȝ in ōni dolore stōi. ¶ Jtē. ʒʒ. conditū valet. ¶ Jtē. ℞. spice squināti. calami aroma. anisi maratri mēte absinthij costi. an̄. ʒ. j. croci ligni aloes. gar. an̄. ℈. ij. masti. ʒ. j. ſ. rosarū. ʒ. j. ſ. opij coriandri p̄parati se. papa. cassie lignee an̄. ʒ. ſ. cum mucillagine psilij iformēᵗ trocisci vel si vis cum zuccaro fiat confectio. ¶ Jtem fomētatio cū aq̄ rute. Jtē singultꝰ de ianitiōe curaᵗ sicut curaᵗ ethicꝰ. cum humectātibꝰ ꝛ restaurātibꝰ. Pillule multū valētes i singultu a cā calida. ℞. spodij endiuie portulace ligni aloes. ʒ. j. ſ. pulpe tamaridorū. ℥. ſ. raueriseni electi. ℥. j cōficiantᵗ cū aceto in forma pillulaꝝ

De lesione pulmonis et ptisi

Tisis Est vlcus pulmonis cuȝ cōsūptiōe totiꝰ corporis. ¶ Aliqñ pulmo lediᵗ ex fumo. aliqñ ex calōe siccante. sicut accidit infe. acutis. ꝛ post multa sitim. aliqñ ex clamore. aliqñ ex stillicidio reumatꝭ. aliqñ ex vsu salsoꝝ q̄ nimis desiccāt. qñq3 ex acetosis q̄ exaspāt lesio ḡ ex clamore fumo pl'ueᵗ calore facile sanaᵗ. si i itroitu lecti dederꝭ ei bibere aquā frigidā i q̄ fuerit cocta liq̄ritia ꝛ simul cū aq̄ tranglutiat penidias ꝛ sic tota nocte moreᵗ ꝛ mane qñ surrexerit da ei modicū panis cū aq̄ eadē siti extiguit. istud ego. ꝛ idē faċ aq̄ simplex. ¶ Jtē stillicidiū retinēt ea q̄ dicta sunt supra de voce ꝛ tussi. ꝛ iste pillē multū valēt. q̄ ℞. gūmi ara. dragagāti. an̄ ʒ. ij. oliba. ʒ. ſ. conficiantur cum melle.

Additio Sirupus valens ptisicis catarusis sanguinē spuentibꝰ ℞. liq̄ritie. ℥. ij. capilli vene. ℥. j. anisi papaue. al. pulmōis vulpis se. cōium frorum roſ violarū se. feniculi croci pulueꝝ cācroꝝ fluuialiū adustoꝝ. an̄. ʒ. vj. ysopi sicce. ℥. j. virge pastoris plātaginis. an̄. M. ſ seminis citonioꝝ. se. malue iuiubaꝝ. an̄. ʒ. ij. cubebarū nucis muſ. an̄. ʒ. j. passularū. ℥. ſ. penidij ꝛ zucca. q. sufficit ꝛ fiat siru. cū aqua pluuiali vel fōtis clari ꝛ detur in aurora. ¶ Purgatio cuȝ farmaco qñ esset necessaria. sed euitāda quāto plus pōt. ℞. pillularū de agarico. ℈. ij. pillulaꝝ cochiarū. ʒ. ſ. in corporentᵗ pillule. ¶ Loch valēs ptisicis ꝛ cōsumptis ꝛ educēs saniē ꝛ pectꝰ mūdificās. ℞ seminis papaueris albi spodij se. lini torrefacti croci amigdalaꝝ dulciū. an̄. ℥. ij. amidi gūmi arabici dragagāti se. citonioꝝ se. citruloꝝ an̄. ʒ. vj. granoꝝ nasturcij croci amigdalaꝝ amararū fabarū. an̄. ℈. j. ſ. penidiorū. ʒ. v. dissoluātur penidij cū aqua fontiū ꝛ fiat loch. ¶ Potus valēs ptisicis loco lactis mūdificās pectꝰ ꝛ cōsolidās vlcus. ℞. radicis yreos. ʒ. ij. isopi capilli ve. recētiū. an̄. M. j. ordei mūdati q̄rtꝭ. j. q̄tuor se. frorū maioꝝ ꝛ minoꝝ se. malue se. bōbacis mūdatoꝝ se. fenugreci iuiubaruȝ sebesten an̄. ℥. ſ. liquiritie rase vuarū passa. mūdata. ab arill'. an̄. ℥. j. mellis electi q̄rt. j. zuccari albi. quart. iij fiat siru. cū aq̄ pluuiali. Electuariū. Ad idē. ℞. radicis yreos recētis infuse p̄ nocteȝ in sirupo roſ. ʒ. ij. pulueris dragagati. ℥. j. candi penidioꝝ an̄. quarte. j. zuccari lb. j. fiat electuariū. Et pōt pōi carniū testudis nemoral' p̄pataꝝ bn̄ quar. j. passularꝝ mūdatarū ab arilis. ℥. ſ. fiat electuariū. Ad idē. ℞. rosa. ru. quar. ſ. capilloꝝ vene. ℥. ſ. passularuȝ pulueris dragaganti an̄. ʒ. v. puluerꝭ pulmōis vulpis. ʒ. j. feniculi pulueriſati. ʒ. ſ. zuccari q̄ntū sufficit ꝛ fiat sicut zuccarū roſ. Unguenta danda. c. de ethica ab ex approximāda valēt in h̄ casu ¶ Jtē valet electuariū restauratiuū describēdum in. c. de ethica.

De pleuresi.

Leuresis Est apā calidū lacertoruȝ pāniculorū seu velaminū costarū iterioris clibani pectoris.

¶ Contra pleuresim primū remediū ē flebotomia opposite partis. Jtē post cōfirmationē dēt fieri ab eadē parte q2 i p̄ricipio fluxus est ad oppositū diriuādus. s3 postquā ē hu. cōiūctus ē euacuādus post p̄mā flebothomiā vtendū est calidis repcussiuis vt mēbrū cōfortetur ꝛ mā̄ recedat. si vero nō fuerit ab initio facta actu vtere repcussiuis parti euaporatis ꝛ ptī maturatis ꝛ post cōfirmationē euaporatis et cōfortatis ꝛ maturatiuis inṫ q̄ optīa ē vesica enea plena decoctiōe camomille et mellilotī fenugreci. ꝛ silia. a p̄ncipio nūq̄ȝ facias euaporationē. q2 faceres maiorem attractionē q̄m opaᵗ dolor ꝛ coꝝ appositio. q2 ōne euaporatiuū attractiuū ē a pte interiori ꝛ vita ōnia diuretica. q2 humorē s̄btiliādo ꝛ vias aperiendo augent reuma vtere aūt maturatis in grossatiuis sic ē radix altee ficus liquiriċ. amigdō. se. lini. fenugre. psiliū. pultes orde. ꝛ similia. capilli vene se. fra. endi. se. papa. albi mixta calidis. ¶ Jtē ego accepi a quodā fide digno hoc expertissimum ꝛ sine piculo. q2 stati saniē ꝛ hu. pleuresis exire facit. teraᵗ radix scabiose lb. ſ. coralli ru. ʒ. ij. zuccari. q. suffiċ. fiat sirupus cū ptisana cū incipieᵗ pfici decoctio ipone. ſ. lb. succi scabiose ꝛ pul. coralli ꝛ nō coletur bonꝰ

def pacieti haust⁹ stati rūpit apā ꝛ sputū expel lit sic secure curabat oēs caros suos. ¶ Item massā ficuū siccarū. tere cū axūgia vel olo cōi ꝛ sup empl̄a. sic curauit Ysaac ꝛ etiā Ysayas Ezechiā. xx. ¶ Itē fiat' empl̄m de radice altee cocta. ꝛ fenug. ꝛ farina ꝛ se. lini. ꝛ fermēto al's butiro ꝛ incorpent̄ bn̄ istud speciale ē i pleuresi. ꝛ pipleumonia ꝛ butiro. h ego. ¶ Itē succus berule ꝛ henule ꝛ nasturcy aq̄tici an̄. misceāt̄ cū axūgia veteri porci liq̄fcā ꝛ addat̄ farina fenug. se. lini ꝛ frumēti ꝛ icorpent̄ bene istō speciale ē i pleuresi. Rog. ¶ Itē fiat ēpl̄m optimū de farina fenug. ꝛ se. lini. ꝛ frumēti et ēt de fermēto cōficiat̄ panis cū butiro. ꝛ talis panis coct⁹ calidus apponat̄. ¶ Itē farina fenug. ꝛ se. lini. buliant in oleo viol̄. ꝛ butiro et misceāt̄ cū malua dissoluta cū axūgia porci recenti totū simul calefaciat ꝛ tepidō emplet̄. et sepi⁹ renouet̄. Pla. ¶ Itē ibibat̄ lana cū dialtea ꝛ butiro ꝛ iñ locus sepe iuoluat̄. ibidō. Itē panē bn̄ fermētatū cōfice cū butiro dialtea ꝛ oleo lauri. ꝛ da ptē comedere. post h fac ēplastrū sup apā an̄ ꝛ retro ꝛ videbis mirabilem cām. h ego. ¶ Itē ruta bibita curat pleuresim cito. Dy. ꝛ. Mac. ēdo eē vex i pncipio cū aq̄ liquiritie. ita dicūt eā iuuare oīa vicia pectoris de hu. grof. ¶ Itē fim⁹ capri cū aq̄ screātibus sang. singulare presidiū est.

Additio Qn̄ ē in pncipio de mā ventosa vel sbtili pauca vel aq̄sa calefactoriū fcm̄ ex duab⁹ ptib⁹ mily et ētia salis multū vz si fiat sacculus ꝛ ponat̄ sup dolorē. Et vz si fiat decoctio cū spōgia. In pleuresi colerica vel sāguinea digestiuū cōueniēs i pncipio. ℞. sirupi violati. ℥. j. siru. de liq̄ritia ℥. s. cū duplo aq̄ decoctiōis ordei violarū iuiubarū ꝛ zuccaro. Itē sirup⁹ de papauere vz sal tē ypt̄ vigilias. Ad idē aliud. ℞. endiuie scariole epatice lactuce dulcis capilli ve. recētis. an̄. M. i. iiy. seminū frigidoꝝ mūdatoꝝ semis malue bismalue se. bōbicis mūdati an̄. ℥. j. florū violarū floꝝ nenufaris an̄. ℥. j. zucca. lb. j. ꝛ fiat sirup⁹ clarificat⁹. ¶ Solutiū in eodē: solutiū fcm̄ in tussi calida ꝛ sicca ꝛ multū valēs ē h. ℞. medulle cassiefi. ℥. j. s. distēperent̄ cū decoctiōe ordei liq̄ritie passulaꝝ iuiubarū. viol. prunorū. an̄. ꝛ aromatizet̄ cū cinomomo. pōt addi reubarbarū. ʒ. s. spice. ℈. j. ꝛ pl⁹ vz. Cōfectiōes loch de papauere dyapenidiō dyadragantū pill'e bichichie retēte sb ligua. In augumēto ꝛ qn̄ mā ē grossa maturatiū. ℞. sirupi de ysopo. ℥. j. s. cū aq̄ p̄dicta. vel fiat talis. ℞. ysopi capil. vene. recētis. an̄. M. y. liq̄ritie rase vuarū passarū mūdatarū ab arillis an̄. ℥. y. ordei. ℥. j. seīnū q̄tuorfrorū mūdato. se. brusci. se. spagi fenug. se. lini an̄. ℥. j. aceti. ℥. s. mellis q̄r. j. zuccari. q̄rt. iy. fiat siru. Emplastrū maturatiū p̄dicte māe. ℞. radicū altee. M. j. florū cinamomi melliloti viol. siccaꝝ an̄. M. s. farine seīs lini farine fenugre. an̄. ℥. s. farine fabe farine ordei. ℥. y. olei amigdalarū dulciū olei anetini olei violarū an̄. ℥. i. fiat ex hys ōnib⁹ emplastrum. Calefactoriū i hac mā. ℞. ordei orobi an̄. q̄r. s. sulfuris. M. j. cōquassent̄ simul ꝛ fiat saccul⁹ ad quātitatē vni⁹ palmi ꝛ buliāt in aq̄ ꝛ modico ace. ꝛ expsse ponāt̄ supra locū Mitigatiū doloris in q̄cūq; pleuresi. ℞. malue bismalue an̄. M. j. pistent̄ ꝛ cū oleo vio. et axūgia porcia recēte p mōm ēplastri ꝛ ponāt̄ sup locū s; nō diu teneat̄. q꜓ rematurret mā ¶ Solutiū qn̄ mā est grossa ꝛ digesta. ℞. flo. bo. flo. buglosse an̄. ℥. s. liquiritie rase vuarū passa. mūea. ab arillis. an̄. ʒ. cartami mūdi. ℥. s. fiat decoctio in q̄ dissoluat̄ cassiefi. ℥. j. agarici electi turbit gū. mūdati iteri⁹ ꝛ exterius. an̄. ℥. j ꝛ fiat colatura vsq; ad q̄rt. j. s. Et si vis forti⁹ opari qn̄ mā est multa vti potes ellebo ro thimo et epithimo et istis similibus.

De laxatione ventris.

Laxatio ventris est expulsio sup flui siue nociui. ¶ Ad laxandū vētrē fel tauri aloe sal gēmāꝫ ꝛ oleū cōmisce ꝛ iunge orificiū ani. in momēto puocat secessū. G. in dya. ¶ Itē radix ciclaminis trita ꝛ sup vmbilicū posita vētrē mouet. ¶ Itē succus eiusdē supposit⁹ cū bōbace vel lana stercora purgat Dy. Itē cerasa dulcia omesta māe ore ieiuno cū suis nucleis vētrē copiose puocāt ita vt pedes ifirmitate iplicit liberēt̄. Dy. ¶ Itē colloquitida mixta melli ꝛ taurino felli ꝛ supposita vētrē deponit. ¶ Itē pillā. i. eiusdē cōfcā stati mouet vētrē. Ex. ctū est. Itē succus ciclamis intinctus cū lana vel bōbace ꝛ ano suppōit⁹ stercora educit. idē. Itē radix malue trita ꝛ cocta ꝛ frixa cū axungia porci veteri. addito furfure appōita sup stōm mouet vētrē. Ex. Itē suppōitoriū de sapone duro imūdo butyro ꝛ supaspso sale cōmuni vētrē mouet. Ex. ¶ Itē radix ebuli vel succ⁹ mediāi cortic sābuci cū axūgia ꝛ pul. stercoꝝ muris mixt⁹ ꝛ pectini appōit⁹ ventrē mouet. Ex. ¶ Itē frcūs cucumeris asini. rasus ꝛ sup pōit⁹ vētrē mollificat. ¶ Itē pul. rad. brionie cōfcūs cū felle bouino iungat̄ sup vmbilicū ꝛ ēplastret̄ mouet vētrē. Ex. ¶ Itez malua et mercurial' cū axūgia porci cocte ꝛ omixte vētrē saluberrime mouet. Ex. ¶ Itē coq̄ in aq̄ ꝛ oleo oliuaꝝ mercuriales fractas int̄ man⁹ et bibe brodiū colatū p pannū ieiuno stō. hēbis valde bonū orificium vētris. ¶ Item liq̄ritie

ellebori al. ꝛ ni. hermodactili brionie esule. iusquiami. accori succi semperuiue colloquitide aloe. an̄. cōfice cum axungia veteri porci ꝛ cum volueris laxare ventrem inunge plantas pedum ꝛ si vis vomere inunge volas manuum cūqꝫ volueris stringere laua vel vnge cum marciaton. Gilbertus. ℂ Item circumcinge ventrem de herba que dicitur rorastrū. ꝛ absqꝫ dubio purgabitur. Ryra. ℂ Item lardum crudum in attramento trito intinctum inunge ꝛ suppone statim habebis solutioneꝫ Petrus luc. ℂ Item comede nebules factas de farina frumenti ꝛ catapuciarum multum laxant. idem. ℂ Item imple testam mediam nucis butiro et liga super vmbilicum et tene ita tota nocte ꝛ laxabitur sufficienter. causam ne nimis ibi moretur quia inde vis retētiua destrueretur hoc solo beneficio. vidi patientem constipatissimū vsqꝫ ad sincopim relaxatum ℂ Item succum ellebori nigri iunge super vmbilicum ꝛ superpone pannum itinctum oleo si non potes habere succum elleboī pulueriza radic̄ eius ꝛ cum succo polipody ꝛ morelle. et radicis cucumeris asini. confice et inunge vt supra. et si vis vt vomat stomacho appone. G. in dya. ℂ Item granum vnum cōmunis salis suppositum statim mouet ventrē Experi. ℂ Item audiui mirum ab experi. sed experitissimū. os hominis mortui vel de brachio vel de tibia vacuum impleas fimo illi⁹ quem vis laxare mixto mercurio ꝛ obturet fortiter cum cera ꝛ ligatum cū fune bene firmato ad terram proyciatur in aqua feruenti quā diu erit ibi fluet venter illius cuius fuerit fimus. amoto autem cessabit statim. Expi. ℂ Item sauinam fortiter in aqua bullitaꝫ tere cum axungia porci. ꝛ iterum in eadem aq̄ coque ꝛ fac vnguētum ꝛ vnge vmbilicum. id in eodem. ℂ Item fel taurinum aloes ꝛ salgēme ꝛ oleum cōmisce et podicis orificiuꝫ itus vnge in momento prouocat fluxum. et squibala euacuatur. idem in eodem. ℂ Item idē facit oleum laurinū. ℂ Item aqua decoctiōis carnis cerui ne feminee vētrem multū laxat Exp. ℂ Item serum lactis idem facit. Ysaac. ℂ Item succum radicis ebuli. ꝛ medium corticeꝫ cucumeris agrestis. ellebori vtriusqꝫ radicis succum titimalli. anabule. raō. malue. mercurialis radicis polipody an̄. buli cuꝫ butiro ꝛ oleo confice postea adde ceram quātū sufficit vnge vmbilicum ꝛ cito laxabit maxime si addas scamoneam aut esulam ꝛ fel bouis hoc ego. certū est. neqꝫ erit necessaria medicina alia laxatiua ℂ Item si de eodem vnxeris suppositorium statim laxabit. ℂ Itē. ℞. butirum alumen de pluma sal' gēmā fiat vnguentum vnge podicem profunde statim laxat. Exp. ℂ Item succum brionie cuꝫ volatily farina molendini misce et parum frige cum butyro ꝛ si superius vis purgare pone super stomachum. si inferius super vmbilicum. G. in dya. ℂ Item decoctio galli antiqui soluit ventrem. Ryramus.

Additio Item multum valet electuarium de psillio. Item aqua decoctiōis altee. Item istud electuariū Bartholomei. ℞. zuccari rubei cassiefistu. an̄. ℥. y. radicum recentium polipody vltime cōtritarum. ℥. iy. coquantur modicum simul et sic dimittantur de hoc electuario accipiatur ante cibum coclear vnum. Uel. ℞. oleum de sebesten ꝛ cassiafistula ꝛ colentur super aquositatem suam ꝛ ponatur in ea yerepigre pondus. ʒ. y. cum pondere. ʒ. vy. olei de kerua et bibatur in decoctione aneti

De fluxu ventris siue dissinteria.

Implex fluxus ventris hūoralis appellatur diaria Sed fluxus sanguinis cum excoriatione ꝛ vlceratione intestinorum appellatur dissinteria. Sed fluxus ventris in quo comesta ꝛ bibita egerūtur in eisdem qualitatibus in quibus intromissa sunt appellatur lieteria Versus. Cruda lien/coctaqꝫ dyar\ cum sanguine dissin/

ℂ Stercus canis sola ossa rodentis fortiter stringit ventrem. Auic̄. ℂ Item tyriaca confert vehementer omni fluxui. Auic̄. ℂ Item assetur papauer. et rizi. ꝛ milium ꝛ post terantur ꝛ fiat pulmentum cum lacte vaccino vel caprino multum cocto vel axungia renuꝫ capre liquefacta farina enim eorum multum stringit Auic̄. Item nihil detur actualiter calefactiuum. sed frigiditatū. Auic̄. ℂ Itē opiū supositū retinet fluxum ventris. ideꝫ. Itē sumach in tantū retinet ventris fluxum. vt quidam dicunt ꝙ suspensum retinet ipsum. Iteꝫ reubarbarum est proprietas mirabilis in retinendo fluxum ventris. Auic̄. ℂ Item lac in quo sepum caprinum coctum multum fit stringit ventrem ꝛ in presenti iuuat. Dy. ꝛ Mac̄. ℂ Item polenta de orza ꝛ spelta idem facit. ibidem. Ga. in passio. ℂ Item radices altee decoctio bibita dissinteriam in presenti iuuat. Dyas. ꝛ Auic̄. alias Macer. ℂ Item vētosa cum igne super ventreꝫ posita infra quattuor horas retinet omnem fluxum ventris. Auicē. et Experi. ℂ Item caseus antiquus multum coctus ꝛ siccatus. si detur. ʒ. j. est fortior omni re. Auic̄. ꝛ G. in pass. ℂ Item aqua

aceto trita ꝛ suppōita imoderatū dolorē tollit. ꝛ tumorē spleñ. Mac. ¶ Itē folia lappacy cocta cū aceto ꝛ emplata tumorē splenis toll' Dyas. ¶ Item emplastrum de fimo caprino rosoluto cum puluere foliorum marruby albi ꝛ rute. ꝛ amoniaci. ꝛ cinere sarmentorum: vino ꝛ pauco aceto efficax est valde ad dissoluendum duriciem splenis. Gilb. ¶ Item pulmo vulpis in primis siccatus puluerizetur et detur potui omnino consumit splenem. Sixtus ad octo. ¶ Item cineres salicis coque in aqua ꝛ adde zuccarū parū ꝛ da potui onino cōsumit splenem. sed vltra non generat masculos. certum est. ¶ Item fimus caprinꝰ sclirosim ꝛ omnes duricies vt lapidō sanat. ꝛ cito tollit dolorem. Dyas. ¶ Item pulegium cuz sale tritum ꝛ appositum malos humores cōsumit ꝛ tumorem tollit. Dya. ¶ Item caules crudi cum aceto comesti spleneticis est remediū. Dy. ¶ Item corallus cum aqua bibitꝰ splenem siccat. Dy. ¶ Item dicitur ꝙ si squilla suspendatur super splenem. xl. diebus et vno liberabitur. Auič. ¶ Item quidā sompniauit ꝙ medicꝰ precipiebat ei vt biberet vrinam suam ꝛ sanaretur qđ fecit ꝛ inuenit mirabilem efficatiam et salutem. idem. ¶ Item emplastretur lutuz cratene ꝛ siccabit splenis tumor. Auič. ¶ Item contra opilationem et celirosim mirifice valet lingue ceruine radix puluerisata ꝛ cum vino subtili data ꝑ triduū in potu luna decrescente. G. in pal. ¶ Itē gramen coctum ꝛ tritum ꝛ super ligatum mire confortat beneficium super splenem positū. ¶ Item folia tamarisci cocta in aceto si trita ꝛ superposita multum valet. Conꝰ. ¶ Itē. ℞. stercoris vacce. sicce. cere. ouoruz. olei optimi sulphuris quātū suf. confice emplastrum optimum est spleneticis epaticis. ydropicis. hoc absconde quia magnū donū est. Bar. ¶ Itez pone canis linguam super splenem spleneti/ci ꝛ sanabitur: Kyramus.

Addito Nota ea que valēt epati valent ꝛ spleni nisi ꝙ medicie splenis debent esse fortioris virtutis ꝛ debēt misceri cum aceto vt citius penetrent ad splenem quia de natura splenis est attrahere melancoliam que tendit ad acetositatem. Propterea splen debet semper mollificari ante purgationem ꝛ post. ꝛ quia ab auctore in littera ponūtur multa mollificatiua ideo nō est opꝰ ea hic numerare.

De ycteritia sananda

Ctericia est vniuersalis cutis defedatio sicut morphea est defedatio cutis maculosa i parte corporis.

¶ Ad curandam ycṫiteiā ꝓpriū experimētū ℞. rasure eboris. succi epatice. croci orietalis prout videtur expedire. saponis gallici ad q̄ntitatē castanee omnia pone in pecia panni et tam diu agita in aqua fōtis donec virtus rerum inmandetur aque fontis ꝛ tunc ignorāti propinata efficaciter valet. Gilber. ¶ Item vrina pacietis. cū succo marruby bibita curat ycteriçiam. idem. ¶ Item rasura eboris cum eiusdē lotura efficaciter curat. idem. ¶ Item cicera nigra multum comesta curant. idē. G. ¶ Itē q̄dā vetula m̄ltos liberabat q̄ erāt fere ascitici cū sucoo plātaginis đcocto ad mediū ꝛ posset etiam syrupari. ¶ Item aqua decoctionis rađ. acori. ꝛ cicerum rubeorum potui data summū est remediū circa instans. Uel fiat balneum de aqua decoctionis acori. ¶ Itē radix ciclamis trita ꝛ bibita cum aqua limatie ycterici az sanat. si bene cooperiatur vt sudet. nam in sudorē iuuenes colerā ru. exiisse. Dyas. ¶ Itez crocus dissolutus in aqua ꝛ potatus statim curat. idem. ¶ Item arsenicum potatum cum aqua potenter sanat ꝛ mirabiliter curat. ¶ Itez limatura eboris croci oriētalis. saponem gallicum parum et epaticam tritam recentem vel cum succo eius liga in panno lineo ꝛ in aqua fōtis
nata frigida diu agita donec virtus in ea transierit ꝛ talem aquam da oī ignoranti potui. proprium expitum est yctericie. G. ¶ Item succus camomille potui datus epaticis febricitantibus cū aq̄ calida mirifice prodest. Dya. ¶ Itez semen solatri non orientalis vel puluerem foliorum siccorum per vrinaz ycteriçiam purgat. Dy. ¶ Item fimus caprarum siluestriuz bibitus tribus diebus ictericos sanat. Gilb. ¶ Item aqua decoctionis piloselle bibita vel vinum eius statim curat. Ex.

Additio Intelligendum ꝙ vomitꝰ confert in omni ycteriçia q̄cunq; fuerit causa: lac autem bullitum ꝛ cuz modico aceti mixtū ꝛ cum modica aqua curat ycteritiam de calida causa. Endiuia ꝛ scariola ortulana comeste ꝛ cōtinuate cuz aceto albo ꝛ modica aqua et pauco zuccaro curat omnem ycteritiam de calida causa. Endiuia et scariola siluestres ꝛ eupatorium comesta cum vino albo ꝛ modica portione aque raphani curat omnem ycteritiā de frigida causa similiter cubebe si tamen sit magna opilatio humoralis: humor ille prius debet digeri: ꝛ postea euacuari ꝛ si sit humor calidus conuenienter euacuatur cum reubar. si frigidus cum agarico. Bonuz preterea est vt inuugat

quotidie venter ꝛ latera cum mixtione vini albi ꝛ olei de camomilla ꝛ laurini. Dieta sit subtilis ꝛ facilis digestionis ꝛ potest vti fen. ꝛ petrosi. ꝛ brodio cicerum ꝛ serpillo. ꝛ vtat ʒʒ. spicanardi ꝛ cinamomo.

Explicit liber secundus Incipitli ber tertius. Et sunt eius capittula. xix.

De opilatiõe renũ vel vesice.

Duo renes quoꝝ vnus supponit alteri fuerũt creati duri et solidi vt aquositatẽ superfluam a sanguine attraherent ꝛ mũdarent. Nunc autem iste renes paciuntur opilatiões. apostemata vlceratiões. ꝛc. ¶ Carofilorum. antifoliorũ ꝛ est vna species scarabeorum. galange. cicadarũ. siccaruz. granorum solis melano piperis. petro. speragi. seminis lini. leuistici saxifrage. cineris scorpionis. sanguinis yrci. sicci. lapid' spongie ꝛ humani. aã. ʒ. ij. fiat puluis ꝛ detur in balneo facto de decoctione diureticorum cum vino albo in quo acorus. ꝛ cipus: rad'. rapabni ꝛ apy sint cocta efficacissimũ enim est q̃ nihil vtili' in lapide ꝛ purgatione vrine maxime si patiens nõ mingit in balneo. Experimẽ. ¶ Itẽ contra lapidem vtatur patiens quibusdam herbis que crescunt in fontibus vel iuxta in alueis fontium que cressones vulgariter nominantur. ꝛ comedat eas cum carnibus animalis castrati: ita q̃ aqua in qua prius decocte fuerint non mutetur. ¶ Item comedat quandam herbam que vulgariter dicitur penthaphilon in mane omni die vsq; ad. ix. vel. x. folia. ꝛ postea bibat aliquantulum de bono vio ꝛ curabitur leuiter. ¶ Item. ℞. sanguinis yrci cineris scorpionis pulueris cicadarum. spody. nardi. sanguinẽ ꝛ pilorum leporis. galange. ʒʒ. mily. solis. aã. q. suffi. fac ꝛ puluerẽ ꝛ cõfice cum succo granorum solis. ꝛ saxifrage. ꝛ da in aurora vt patiens super dormiat. vltra q̃ speratur iuuat si patiens non vrinauerit in balneo anq̃ alibi vitet grossa. Experi. ¶ Itẽ coquantur illa que frangunt lapidem ꝛ totũ ponatur in cucurbita antiqua. ꝛ statim obturetur cum virga patientis calculum ꝛ stude vt totus fumus intret per foramẽ virge. ꝛ sit ita diu ꝛ sepe quia lapidem frangit. ꝛ vias aperit. ꝛ humores vesice dissoluit ꝛ consumit. ꝛ sic lapidem excludit. maxime si bulliantur cimices ibi multe et de fece fiat emplastrum super virgam ꝛ pectinem. h ego Platearius ¶ Item cimices trite ponantur in foramine virge singularem prestant effectum. Dyasco. ¶ Item si de sanguine vulpis circumliniatur virga statim rumpitur lapis. q' sic scit'. quia si lapis immensus in eo ponatur infra triduũ rumpitur lapis. Cõ'. ¶ Item bacce edere. ix. cum vino calide date calculos spergũt ꝛ vrinam prouocant potenter. idem. ¶ Item sanguinem leporis ꝛ pellem totam combure in olla recẽti ꝛ bene sigillata ꝛ de cinere illo da coclear cuz vnũ vino calido. in balneo. ꝛ in ieiunio lapidem frangit. idem. ¶ Item lapis humanus potui datus ieiuno lapidem frangit. ꝛ potenter vrinam educit. Expi. ¶ Item ante omnia purgandus est patiens ꝛ nutriendus cum diureticis ꝛ artandus a viscosis aliter modicum valent hec õnia. hec ego. ¶ Itẽ in capite grosse limacie inuenitur lapis qui tritus ꝛ datus potui cum vino calido statim facit mingere lapidem. sed si lapis est nimis durus ꝛ magnus fiat hoc de plurib' limacys optimum est ꝛ probatissimum. Exp. ¶ Item sanguis mẽstruus siccatus ꝛ tritus potui datus super omnia frangit lapidem. idẽ. ¶ Itẽ succus arthimesie copiose bibitus ita q̃ singulis diebus bibatur medi'cipbus mire frãgit lapidem. ꝛ sicut arenam eycit probatũ est. idem. ¶ Itez si nullo modo frangatur mitte leuiter argillam per foramen virge donec lapidem tangat. ꝛ tunc impinge vt lapid' de loco suo transferas. ꝛ alibi in vesica collocetur. et sic ibi poterit esse. xl. annis sine pericluo. Girandus. ¶ Item gummi cerasorum efficaciter frangit lapidem ꝛ arenam soluit. Dyas.

¶ Item herba ꝛ radix yringi cū vino ꝛ mel
le cocta et potata mane in lecto vt post super
dormiat. calculosos et nefreneticos strangu-
ricos sanat: si bibatur p .xvi. dies. kyram⁹.
¶ Item sanguinem yrci ꝛ epar ꝛ pulmonē
ꝛ renes ꝛ testiculos ꝛ priapum. ꝛ intestina ei⁹
tere simul ꝛ fac inde salcussam in grossiori in
testino eius coque et da ad comedendum et
videbis mirabilia. Galien⁹. ꝙ si infirmus ha
bet anulum in manu sua. ꝛ post comestionē
trium bolorum lapis de anulo saltat ꝛ statim
mingere querit. Ex. ¶ Itē betonica cū mul-
sa ꝛ pipere data potui dolorem renum tollit:
ꝛ lap. renum ꝛ vesice excludit. Dya. ¶ Item
si dubitatur vtrum lapis sit in renibus vel
vesica. herba que vocatur morsus gallie bul-
lita et emplastrata super pectinem ꝛ virgam
ꝛ si acuitur dolor. lapis est in vesica. si nō acui
tur non est ibi sed in renibus. Galt. ¶ Item
experimentū mirabile. accipe vitella ouorū
integra cocta in aqua conficiantur cum oleo
nardino ꝛ mustellino ꝛ addatur pulueris la-
pid iudaici. ꝛ inde emplastretur tota virga et
pecten: statim lapis frangitur ꝛ expellit. idē
Galter⁹. ¶ Item gummi pini frangit lapidē
Dyas. Item cortex lauri ꝛ eius bacce bibite
calculos frāgūt. id. ¶ Itē vrina capria bibi-
ta lapidē frāgit ꝛ expellit. ¶ Itē ameos frā-
git ꝛ soluit difficultatem mingendi et vrine
ꝛ extrahit lapid. Auic. ¶ Item cinis cicadarū
cum apozimate nardi ꝛ cinamomi datus ea-
dem die mirabiliter operatur. Bar. ¶ Item
vij. capita alleorum bulliantur in aqua ꝛ sic
illa aqua detur per tres dies. contra lapidē
certum est. ꝛ probatum remedium. Pet. luc.
¶ Item vnum vel. ij. vel. iij. lepores iuuenes
submerge in aceto vt ibi extingantur ꝛ post
combure. in olla noua obturata bene ꝛ cine-
rem illum da calculoso super omnia frangit
lapidem. Pe. lu. ¶ Item sanguis yrcinus et
anserinus in aceto mixti ꝛ lēto igni cocti gē-
mas impositas ꝛ vitrum mollificant vt ad
libitum possit scindi. ¶ Item sanguis men-
strualis aceto mixtus etiam cristallum dissol
uit. Ex. ¶ Item folia enule campane cocta in
vino ꝛ emplastrata miro modo iuuāt nefre-
sim. Mac. ¶ Item cyperus tritus ꝛ cū oleo
bullitus ꝛ temperatus emplastretur sup pec-
tinem certe vrinam prouocat. ¶ Itē sanguis
vulpis recens potatus frāgit lapidem. qđ sic
scitur quia si lapis in eo mittatur frangitur.
Gilb. ¶ Item succus limonum bibitus idem
facit. idem. ¶ Item puluis leporis viui cōbu
sti in olla noua ꝛ cornu cerui valde laudabil'
est nam lapis frangitur. idē. ¶ Item puluis
Eugenij pape laudabilis est. ℞. seminis saxi-
frage. trifolij. cicadarum. añ. q. viij. sangui. yr-
cini quantū de predictis gariofil. ad pondus
omnium ꝛ detur cum vino subtili decoctio-
nis. semis apij. ꝛ se. milij sol. petrsi. et quinqꝫ
folij. Gilb. ¶ Item contra lapidem. ℞. saxi-
frage. M. v. petrosi. edere terrestris. vitrioli.
añ. Manipu. ij. omnia ista pistentur. de-
inde in aceto macerentur per triduum.
postea exprimatur succus cum aceto forti ex-
pressione. ꝛ distilletur per alembicum ꝛ hui⁹-
modi acetum distillatum reponatur vsui. et
ſm ꝙ sequitur recipiatur. ꝛ sit dosis. ʒ. ij.
cum. ʒ. s. olei benedicti ꝛ detur mane ieiuno
stomaco ventre soluto ꝛ in sero ante vespas.
ꝛ hoc postqꝫ balneum exierit et anteqꝫ intret
sit venter solutus ꝛ balneetur in mane et in
sero. ꝛ de balneo fiat ad placitum bis vel ter.
¶ Item lapis humanus. lapis spongie. lapis
qui inuenitur in articulis galli. ꝛ vesica por-
corum multum valet. idem. ¶ Item oleū in
quo scarabei ꝛ cimices fuerint bulliti iunctū
vel iniectū multum valet. idem. ¶ Item vul
pis comestio ꝛ inunctio cum axungia multū
iuuat. idem. ¶ Item speciale ſm autores est
auis mouens caudam iuxta aquas. ¶ Item
cicada remotis pedibus ꝛ capite ꝛ alis pulue
rizentur cum grano solis ꝛ saxifraga. Gilbe.
¶ Item oleastri radicem ciminum ꝛ cepha-
las tere ꝛ coque in oleo ꝛ pone calidum sup
pectinem statim minget. G. in dya. ¶ Itē pa
ritariam tritam ꝛ calefactam super pectinē
pone est mirabilis. idem ibidem. ¶ Itē san-
guis triēnalis vel vetustioris yrci pulueriza
tus. cū apozimate nardi ꝛ cinamomi ꝛ cica
darum siccarum puluere dato. mirabiliter et
cum omni celeritate lapidem excludit. idem.
¶ Item pedes galli dati patienti multū valē
sed non alie carnes. ¶ Itē succus radicis la
pacij frangit. G. in dya. ꝛ Ysaac. ¶ Itē mirū
ad lapidem frangendum ꝛ eiciendum fac ro
tulas de radice ezipheri. i. vl' plus pone in vi-
no albo tota nocte mane bibatur vinum ie-
iuno donec lapis exeat ꝛ fiat etiam illud idē
in fo. probatum est ꝙ calculus in vino illo
positus frangitur cito. Experi. ¶ Itē renes
ꝛ stercus ꝛ sanguis leporis ꝛ cutis ꝛ pili frā-
gunt lapidem. Ky. ꝛ Sixtus ad octo.

Additio Electuarium nobile. ℞. ci-
neres corticum ouorum ex
quibus nati fuerint pulli. ʒ. ij. vitri combusti.
lapidis spongie lapidis iudaici. añ. ʒ. j. ꝛ. s. se-
minis apij. petroselini. brusci et speragi ꝛ le-
uistici. añ. ʒ. j. anisi. liquiritie. añ. ʒ. iiij. sanguis
hyrci preparati. ʒ. v. mucillaginis. muchete lb
j. zuccari rubei. ℥. s. oximellis cōpositi. ℥. iij. fi-
sticorum mundatorum. ℥. iiij. infundantur si

stici in aquam cineris calidam per duos dies naturales et deinde vltime terantur postea coquantur simul medulle ⁊ syrupi ⁊ zuccarū vsqꝫ ad glutinositatem. deinde in mortario incorporentur cum fisticis vltimata con/tritione. ⁊ cum alijs speciebus fiat electuariū de quo tempore quo molestatur a doloribus omni mane capiat coclear vnum per quinqꝫ horas ante cibum ⁊ alijs temporibus capiat de eo omni tertio mane tantūdem obseruando modum prius dictum.

De stranguria.

Trāguria interpretatur guttatim vrine emissio.

¶ Fimus bouinus cum melle mixtus ⁊ calefactus pectini appositus multum valet. Exp. ¶ Item accipiantur. iij. vel. iiij. cantarides: ⁊ exhibeantur cuꝫ lacte capre. capitibus ⁊ alis remotis stranguriam soluunt. Auic. ¶ Item radix verbene trita et cum mulsa tepefa/cta data. incredibiliter iuuat. ¶ Iteꝫ cimices trite cū oleo ⁊ axungia cirogrilli inunge virgam ⁊ pectinem. vrinam prouocant. Experi. ¶ Item aqua decoctionis acori mire vrinaꝫ prouocat idem. ¶ Itē pili leporis vsti pulueri sati ⁊ dati potui statim vrinam potentissime prouocat. Ex. ¶ Itē audiui mirabile experimē/tum ⁊ carens ratione manifesta. mingat patiens semp quando voluerit mingere tribus diebus super vrticas maiores que semina ferunt. vrtice siccabunt. ⁊ patiēs liberabitur. et ideo hoc pono hic quia sepissime probatum inuenio. ¶ Item fiat emplaustrū de axungia galline vel anseris ⁊. cirogrilli ⁊ semine milij fol. saxifrage. ⁊ sanguine yrci. hec ego. ¶ Iteꝫ cētuꝫ capita cocta in oleo ⁊ emplaustrata strā guriaꝫ sine dubio soluit. Co⁹ ¶ Item miliuꝫ siluestre et saxifraga emplastrata stranguriaꝫ soluit. Con⁹. ¶ Item vinū decoctiōis yringorū cum zuccaro datum potui cito sanat: secretum est. Ry. ¶ Item appone galbanuꝫ super ventrem sub vmbilico statim minget certuꝫ est. ideꝫ. ¶ Item pultes de farina siliginis date ⁊ super virgā emplastrate virga prius inuncta de populeon ctio sanat. Ex. ¶ Itē nulla res fortius vrinā prouocat ꝙ radix raphani. Dya. ¶ Item radix lapacij cocta in vino ⁊ oleo ⁊ pectini ēplastrata vrinā ī magna quātitate prouocat. circa In. ¶ Item se. cucumeris vesice laborem facilem prestat vrinā: si cū vi/no dulci sumatur prouocat. Dyas. ¶ Itē puluis campolorū. vitis albe. i. rorastri ꝙ vulgariter dalbuga dicitur. datus potui summe sanat stranguriam. idem. ¶ Item cortex arboris nucum vel folium sumptum optime strā gurie subuenit. Ysaac. ¶ Item folia vel radices arnoglosse potate omnes difficultates vesice sanant fortiter. Dya. ¶ Itē radix raphāi bulliatur in vino albo cui admisceatur puluis pilorum leporis ⁊ detur potui statim minget certum est. hoc ego. ¶ Iteꝫ oua tepida accepta dolorem vesice ⁊ renum mirifice sanant. Dya. Item auellane trite ⁊ sumpte cuꝫ aqua vel vino tormētata distillantis vrine ⁊ angustiam tollit.

Additio Egrū guttatim stranguria mingere cogit. Impedit ad tempus dissuria/suria semper contra strā guriam prouenientem ex humorib⁹ frigidis ℞. seminis apij. nitri rubee tinctorum semis macedōici. iuniperi. assari. ameos. spice. amigdalarū amararū. aā. ʒ. xx. melonis. ʒ. x. cantaridarum quarū capita ⁊ ale abscisa fuerint. ʒ. j. armoniaci. ʒ. iij. armoniacuꝫ in vino dissoluatur ⁊ alie species ex eo conspergantur fiant pillule magne ex quibus sumatur a. ʒ. j. vsqꝫ ad. iij. hoc enim est medicamen Rasis. ¶ Itē. ℞. electuarij dulcis. ʒ. ij. dentur in ieiunio ⁊ postea bibat vinum albū vel aquā cicerꝫ ¶ Iteꝫ. ℞. electuarij litontripon. ʒ. j. dissoluatur in. ℥. iij. decoctionis seminū milij. sol. statim namqꝫ difficultateꝫ mingendi soluit. Si vero mingēdi difficultas pueniat ex casu aut percussione in femore vel in ano. eger minuatur ex basilica deinde aqua calida sepe loco superfundatur. Et vsqꝫ ad medium diem ex oleis fricetur. Ualet etiam emplaustrum de mastice ⁊ mirra. Aut sacculus de absinthio bullitus in vino ⁊ fortiter compressus. ¶ Si vero mingēdi difficultas accidat ex sanguīe coagulato in vesica aut sanie aut trūbis. da ei medicamen sanguineꝫ dissoluens ⁊ trumbos vt est istud. ℞. cordumeni mirre. rubee d̄ qua tingitur. seminis iuniperi. armoniaci. asseferide. aā. armoniacum dissoluatur ⁊ inde formentur pillule cum alijs speciebus. de quibus quater in die sumatur cuꝫ apozimate de seminibus. Ad idem valet syrupus acetosus Ad idem valet vinum decoctionis radicis filipendule. Item aqua raphani bona ē. Iteꝫ per cyringam imittatur in vesica oleum scorpionuꝫ. Ab extra emplastretur pecten ex herba croci ortulani ⁊ artetica decoctis quia sūt aperitiue. Iteꝫ ista duo in omni casu vrinam prouocare consueuerunt. s. auxūgia cuniculi ⁊ pellis eius supra pectinem ⁊ vgā applicatā

De pruritu virge siue cancro.

Aua sepe virgam cum vino decoctiōis saluie sicce cito sanat. Mac. ¶ Itez cinis cucurbite sicce cito vlcera virge et vesice pu/trida sanat. Ysaac ꝛ Dya. ¶ Item de prurigi/ne que est in aliquo membro folia vitis psici absinthy·salicis·frācigene. coquanť in vino ꝛ post abluatur locus cum vino decoctionis predictorum: ꝛ teneantur folia super locū pa tientem. ¶ Item contra pruritum quemlibet pone grana herbe que vulgo tolose diciť cha melcbada super prunas ꝛ locum prurientem parum madefactum pone sup fumum diu et post pone super aquaz ꝛ videbis ibi remane re id ex quo fiebbat qd hec non semel. ¶ Itē si sit ibi inflatura ficcus siccas et farinam fruumenti misce cum oleo cōmuni ꝛ appōe. idem ¶ Item fomentatio facta cum vino de coctionis foliorum oliue idem facit. Expim. ¶ Item litargirum dissolutum cum oleo ro. multum valet. circa In. ¶ Item succus arno glosse cuz modico melle coctus inunctus sic/cat vlcera virge Dy.. ¶ Item lac asini vel ca/pre cum succo plantaginis aliquantulū bul/liat vlcera renū ꝛ vesice ꝛ virge sanat si sepe bibatur. Dya. dicit de solo lacte. ꝛ Ysaac. ¶ S virga infletur ꝛ doleat multum misceā/tur rora. ꝛ portu. succus. ꝛ oleū ꝛ appone res ꝑbata ē. Con⁹. ¶ Itez supponať betonica co cta in vino ꝛ trita. Con⁹. ¶ Itē farina ordei imulsa cocta ꝛ cataplāta dolorez ꝛ tumorem tollit. Con⁹. ¶ Item contra cancrum virge: folia oliue trita cum melle curant. Constā⁹. ¶ Item aloe cicotrinum tritum ꝛ aspersum mire sanat vlcera cancrosa. ¶ Item politricū radix portulace vel centauree vel portulaca. infra paucos dies sanat cancrum perfecte. ¶ Item lauetur locus cum aceto calefacto ꝛ exsiccetur cum panno lineo. ꝛ superaspergať puluis galle. hoc fiat cum. in die plene sanat. Gal. in dya. ¶ Item succus lenticule aquati/ce illinitus circa virgam. ꝛ testes ꝛ genitalia: et renes voluntatem libidinis reprimunt Albertus.

Additio Item aloe dissolutum cuz vino dulci mirifice curat vlcera virge. Item puluis aristologie maxie confert ꝛ exsiccat. Item cinis aneti multum exsiccat. Ad idē. ℞. tuthie preparate. ℥. j. ma/sticis thuris. aā. ʒ. ij. cere albe. ℥. ß. olei rosarū quantū sufficit fiat vnguentum.

De dyabetica passione.

Diabetica passio est immoderata vrine effusio et citant ex multitudine calidita tis cū humiditate aut ex frigiditate cū hūidi/tate: aut ex mollificaitōe lacerti vesice: aut ex nimio potu aq̄ multiplicate vrinā in renibus ꝛ vesica sicut potus aq̄ vel pot⁹ diureticus: sz diaria ꝓprie. i. diabetes fit ex caliditate renū excedēte cū materia: vľ absq̧ materia que at trahit vehemētē humiditatē ꝛ humidū a nu tritiuis. ꝛ ꝑ h̄ debilitať retētiua ex grauedie illi⁹ q̄ attractū ē ꝛ cōfortať expulsiua ꝛ multi plicatur ꝑ h̄ volūtas mīgendi cōtinue ex na/tura in cōtinētie ꝛ sitis ꝛ exsiccať corp⁹ infir/mi ita q̄ quīq̧ ɔuertiť ꝑ viā illaz ad ethicam ¶ Contra diabeticam vesicaz capre aut ouis nigre. aut tauri incensam da bibere cū aceto ꝛ aqua cū dormitū vadit. qn̄ oīa nihil ꝓsunt per tres dies continuos luna decrescente vel vesicam piscis fluuialis. Con⁹. ¶ Itē cerebrū leporis putui datum cum vino non patitur vrinam exire. ¶ Item galbanum datum po/tui iter vrine mirifice prestat. idem. ¶ Item auellane assate distillationi vrine dantur vti/lissime. ¶ Item vesicam scrophe iuuenis sic/cam tera ꝛ da bibere multum valet. Gal. in passi. ¶ Item galanga retinet fluxum vrine factum ex frigiditate renum ꝛ vesice. Con⁹. ¶ Itē apri vesica assa comesta vrine prohibet incontinentiam. Con⁹ ꝛ Pli. nihil efficatius vesicam confortat. idem. ¶ Item pulmo edi comestus ꝛ emplastratus vrine incontinētiā cohibet. idem.

Addito De dyabetica ꝛc̄. Si emissio vrine fit sine ardore ꝛ siti et corporis extenuatione. Tunc. ℞. glandiū. ʒ. j. olibani. ʒ. xxxi seminis coriandri sicci. boli ar meni. gūmi arabici. aā. ʒ. fiat ex eis puluis de quo in mane. ʒ. iij. ꝛ circa noctem totidem ad transglutiendū dētur. ¶ Ab extra fiat tľe emplaustrum. ℞. laudani. masticis. aā. ʒ. ij. li/gni aloes. storacis. calamite. galange. seminis citoniorum. aā. ʒ. j. terebentine. ℥. j. pulueriză da puluerizentur. ꝛ conquassanda conquas/sentur cum pistello misce omnia malaxando cum succo mente ꝛ fiat emplastrum ꝛ applice tur pectini. Aut inunge loca femoris ꝛ virge cum oleo de lilio vľ de costo in q̄ dissoluātur castoreum bolus armenus. mastix mum mia ꝛ mirra. Si vero cuz distillatione vrine fit sitis clamosa. Nutriatur cum succo vue a/cerbe ꝛ sumach. ꝛ lacte acetoso. Et ī potu de/tur aqua ordei cum psillio aut rob acetosum. ¶ Isti quoq̧ trocisci in potu sumantur. ℞. spody. ʒ. x. semis lactuce. portulace. aā. ʒ. xv. coriandri sicci. ʒ. j. sem̄. ros. rubea. boli ar. aā. ʒ. v. balaustie. ʒ. ij.. camphore. ʒ. ß. sumātur in potu cum succo granati acetosi. Ab extra supra renes ponatur istud emplaustrū. ℞. vn guenti populeonis. ℥. j. ꝛ quartā. vnum olei ro

sarum . olei mandragore.℥.ß. mucillaginis: psillij.ʒ.ij.asseti.ʒ.j.tere parum ⁊ fiat vngtũ. ¶ Si autem mingere in lecto vel in sompno contingeret propter caliditatem habundantem cum humiditate fiat tale remedium qđ sic fit. ℞.feminis coriandri assati infusi ĩ aceto vini in die et nocte.emblicorum.sticados boli armeni.glandium siccarum.carabe.lentium excorticatarum.añ.ʒ.ij. fiat puluis cribellatus de quo patiẽs sumat omni mane.ʒ.ij.vel.iij.vel.j.cum miua citoniorum.aut cyrupo de agresta vel aqua sumac ⁊ similium: comedat tamen sepe carnes ericij coctas cuꝫ sumach vel mirtis conditas cum puluere dicto ⁊ miua citoniorum vel pirorum aut mirtorum. ¶ Si vero ĩ lecto mingere contigerit propter frigiditatem dominantem cum humiditate curetur cum medicamine quod sic fit. ℞.glandium siccarum.ʒ.xx.thuris.ʒ.xv. mirre.ʒ.iij.coriãdri assati.acori.cipri.añ.ʒ.v. ⁊ terantur ⁊ cribellentur et sumatur de isto puluere mane stomacho ieiuno.ʒ.ij.vl'. iij.vl' j.ß.cum vino rubeo stiptico limphato cũ aq̃ decoctionis piperis longi.galange.cardamomi ⁊ croci.⁊ cum isto eodem puluere condiantur cibaria sua ⁊ cum aqua decoctionis istaꝝ rerum eius vinum limphetur. Comedat carnes ericijs coctas cum sumach conditas cuꝫ isto puluere ⁊ rob vel mina citoniorũ.sumat sepe tyriacam cũ vino decoctiõis pulueris piperi longi dicti:aut cũ vino decoctionis mumie aut coriandri. Scias hic ꝙ carnes ericij de ꝓprietate curãt mingentẽ in lecto vt volunt phi ⁊ specialiter Auic̃ .li.ij.c. de ericio Et maxime si condiantur vt dictum est.

¶ Cura diabetis vel diarie vrine est quando fuerit ex caliditate absq̃ materia vt sumat patiens de troc.qui sic fiunt. ℞. spodij succi liquiritie.añ.ʒ.xv.se.lactucarum.ʒ.x.se.portulace.ʒ.vij.ß.rosarũ coriandri sicci añ ʒ.vij.ß. acatie:gũmi arabici.sandali.lentium excorticatarum balaustie boli armeni.añ.ʒ.j.cãphore.℈.j.fiant troc.pondere.ʒ.iij.cum aqua ro. detur vnus in potu in aurora cum aqua granatorum seu miua citonioruꝫ ⁊ similiũ.Emplastruꝫ qđ ponitur supra renes cõtra diabetem vel diariam que cõparatur circulo q̃ incipit ab vno puncto ⁊ redit ad idem qđ sic fit ℞.se.portulace.solatri.⁊ pinguedine porci se. mellõis citrulli.aut rasure cucurbite qđ cũq̃ presto fuerit ⁊ permiscetur quãdo fit tepiduꝫ Trocisci ad idem ⁊ specialiter quando fuerit inflãmatio ⁊ caliditas cum mã. ℞.spodij.ʒ.ij carnis berberi.ʒ.v.boli armeni.ʒ.iij.thuris: ʒ.ij.portulace.ʒ.vj.sandali.ʒ.ij.ypoquistidos: ʒ.v.camphore.ʒ.j.lace.ʒ.iij.terant' ⁊ fiant trocisci cum aqua ro.pondere.ʒ.iij. et detur vn⁹ in potu cum syrupo de papauere. Cõedat lẽtes excorticatas vel coctas vel prima aqua eiecta cõditas cũ aceto vel agresta. Bibat vinũ limphatum vt dictum ẽ supra. Utat' dieta narrata in cura insensibilis fluxus vrina. Si autem materia cum caliditate ibi visa fuerit habũdare mũdificet' cũ aqua decoctiõis emblicoꝝ reubarbari ⁊ mirtorum.nam talis decoctio mundificando materiam constringit vrinam ⁊ fluxum ventris.

De inflatione testiculorum

Si testiculi inflentur farina fabarum distemperata cum succo ebuli ⁊ oleo communi ⁊ apposita statim ĩflationeꝫ tollit. Dy/ ⁊ Ysaac. ¶ Item faciunt folia ebuli vel paritarie torrefacta.idem. ¶ Item idem faciunt folia sambuci.⁊ ebuli.hec ego. ¶ Iteꝫ fimus columbinus.caninus ⁊ caprinus . cum succo ebuli ⁊ oleo cõmuni multuꝫ valent.hec ego. ¶ Item fimus caprinus cum vino solutus omnem tumorem soluit. Kyr. ¶ Item folia ⁊ semen iusquiami trita ⁊ cum vino emplastrata omnem tumorem ⁊ dolorem testiculorum tollũt. Dy. ¶ Item ista cura fuit pluries probata.primo mollificetur locus et intestia vel peritoneon cuꝫ marciaton cera.añ.thuris. masticis.sanguis draconis. boli armeni.añ. terantur ⁊ conficiantur cum cera ⁊ marciatõ ⁊ misceãtur.postea vtatur tali syrupo.xx.vel xl.diebus.q̃ seq'. ℞.tana ceti.cõsolid mi.me die rad.consolide ma.verbene.gummi.ci.ca lamenti origani.plantaginis laureole.scabiose.radic̃ coste bouis.sanamũde.bulliant õnia simul fortiter.postea appone ro. zuccaruꝫ ro. balaustie.psidie.añ.⁊ bulliant simul.postea tere sangui.dra.bo.ar.fenugre.mastic̃.tere ⁊ cõfice cum albumine ouorum ⁊ appone decoctionem ⁊ bulliant iterum multum.⁊ da mane et nocte ⁊ sic curabitur vt asserit qui pluries expertus est.

Additio Contra inflationẽ testiculoruꝫ. ℞.radices bismalue semen lini ⁊ fenugreci coquant' ⁊ cathaplasmentur. Aut. ℞.floruꝫ camomille.melliloti. fecum caprarum vaccarum lauri.añ.℥.ß.terãtur ⁊ incorporentur omnia cum vino albo ⁊ addatur eis olei anctini.quateriũ.j.cere.℥.ij. deinde omnia misceãtur super lentũ ignem addendo parum terebentine ⁊ fomentur emplastra super tela tenui et cooperiantur cum tenuissima tela. Ad idem fiat emplaustrum ex vitellis ouorum ⁊ farina fabarum cui ad/

de si vis parum cimini.

De defectu coitus

Bacce lauri terant᷑ et conficiantur et vngantur renes et genitalia potenter excitant coitum. Exp. ¶ Item euforbium. bacce lauri: eruca. radices satirionuꝫ. omnes trite bulliantur in olla vt fit sicut vnguentum et vnge genitalia et renes mire excitant vim generatiuam. Exp. ¶ Item dyasatirion datum multum valet. Nycbo⁹. ¶ Item valent proprie cicera lingua auis. eruca. oua sorbilia cū allio mixta. se. vrtice. ℥. piper longum. nux. sarga. gariofoli. galanga. stinci. satirion hec ponunt omnes medici siue phylosophi ¶ Item stinci comesti supra modum excitant. ¶ Item in tercio nodo spine stinci est lapis qui si bibatur aut comedat᷑ a gallo stati ascendet super gallinam. et si homo bibit aut comedit erit vltra modum venereus ita ꝙ non possit contineri. Ry⁹ ¶ Item lapis qui inuenit᷑ i dext᷑ pte salpicis portat⁹ facit multū erectionem virge. idem. ¶ Item testiculi vulpis comesti multum excitant coitū. H. ¶ Itē qui semper voluerit coitum. bibat de meaulla perdalium. ℥. j. et qui alio nomie corriolos. et apud alios muxones. et apud alios curcuranos vocantur. ꝟm ꝙ diuersarum partium diuersa vocabula sunt. et vltra modum faciet ¶ Item muscus distemperetur cum vino et vngantur renes et virilia potenter excitat cocundi virtutem. Hy. ¶ Item testiculi taxonis cum aqua bibiti per triduum libidinem indeficientem dant. Sixtus ad octo. ¶ Iteꝫ radix saturionis in manu tenta venerē mouet. ¶ Item semen lini cum pipere mixtum et datum fortiter accendit ad venerem. idem in eodem. ¶ Item testiculi cerui vel summitates caude vulpis et testiculi tauri. muliereꝫ ad libidinem excitant. Ha. ¶ Item si virga virilis liniatur cum felle verris aut apri. coitus voluntatem excitat et delectationem in muliere. Hilb.

Additio Oua sorbilia cum sale. yrlgus napi baucie domestice sepe assatum. piretrum recens. assafetida radix. cardi maioris omnes species hermedactilorum recentium. Aqua ferrata siue intus siue extra applicata virga tauri exiccatur et puluis eius in omni cibo datus. Gel vrsi femori alligatum. Yrci semen qđ capitur cum aures eius inūgantur oleo si eo vngatur virga et coagulum cameli masculi. hec enim et similia addunt in coitu. vt patet hincinde discutiendo dicta doctorum.

¶ Et electuarium de anacardis et inungtaur virga cum oleo de spica in quo dissoluantur castoreum et anacardum: et comedat carnes assatas conditas cum pipere et rob. et cibaria calida et ventosa condita cum pipere longo. cubebis. galanga. cinamomo. cardamomo et croco. Bibat vinum acutum limphatum valde. Utetur balneo sicco vel stupha in quo faciat fricatione virge cum oleo de euforbio mixto cum anacardis pipere et costo. Nos vero ex nobis p vsum iuenim⁹ cibariū mirabile in h̄ cōferens nō solū senibus et diminutis in coytu sed etiā idecrepitis et in eis excitat bonā volūtatē coeūdi. qđ sic fit. Recipiūt᷑ pisces parui recētes qui vocant᷑ mulinary vel borsoni aut botuli: aut aly pisces parui q̄ nominib⁹ diuersis ꝟm regiones diuersas nūcupantur et assant᷑ tales pisces in oleo comuni: vel coquūtur et condiunt᷑ et comedunt᷑ cū reque sic fit. ℞. galange. piperis longi. piperis cardamomi. cinamomi. zinziberis. nucis indice. croci. stincoꝝ non corruptorum sanoꝛuꝫ. an̄. ℥. ij. pinearum mundatarum. fisticorū auelanarum dactilorum vuarum passarum. an̄. ℥. j. pistentur omnes simul pistatione perfecta et conficiantur cū rob vini et comedatur imediate post illud. Aliud qđ sic fit: coquantur castanee mundate ab omnibus suis corticibus cum carnibus arietis vel galli. vel passerum vltima coctione et postea accipiātur et coquāt᷑ debilit᷑ in lacte ouino vel vacino cōdiātur cū spēbus dictis cōedātur et videbis mirabile in oī etate et in viliori meli⁹ possnnt ista duo hora cōestionis miscei simul: sed meli⁹ et bononorabilius est ea successiue comedere.

De demonio et maleficio.

Irampnum posueris in domo. omnia demonia fugient. Ry⁹. ¶ Item ypericon si teratur in domo demones fugantur. et ideo dicitur a. multis fuga demonum. ¶ Itē lapis qui magnes dicitur portatus discordiā inter virū et mulierē ōnino sedat. Dy. ¶ Itē cor vulturis potatum fugat omnia demonia a potestate. et omnes feras. et facit hominem gratiosum omnibus hominibus et mulieribus et habundantem diuitys et incontenciosum. ¶ Item auis pica assata vel elixata comesta sanitatem reddit velociter infirmantibus. et in cantatione. ligatos soluit et sanat et prosperitatem tribuit. Ry. ¶ Item ad tollendum maleficium detur tyriaca magna cum succo ypericon. et emplastretur renibus. Hilb. ¶ Item fumigetur cum dēte hominis mortui trito. idem. ¶ Item comedat herbam que

creuit per medium lapidys perforati.idem. ¶ Item in calamo vel auellana vacua pona tur argentum viuum⁊ supponatur ceruicali maleficiatorum.vel ponatur sub limine ho stij per qđ intrat soluit maleficium. Constã⁹. ¶ Item corallus si teneatur in domo soluit omnia maleficia. ¶ Item sanguis canis illi nitus parietibus dom⁹ in qua est maleficiuʒ tollit. Sixtus ad octo.⁊ Con⁹. ¶ Item squil la integra in limine suspensa tollit maleficiũ Dyas. ¶ Item si quis maleficiatus fuerit ni mis ad amandum aliquem vel aliquã mer dam illius quem vel quam diligit recens po natur in sotulari dextro amantis.⁊ calciet se q̃ cito fetorem sentiat soluetur maleficium. Exp. ¶ Item arthimesia super limen domus suspensa facit vt nullum maleficium noceat illi domui. Dya. ¶ Item radicem brionie si secum portauerit quis omnia meleficia a se fugient. ¶ Itẽ si q̃s vir portauerit secum cor cornicis masculi ⁊ cor cornicis femine/vxori semper bene conuenient. ¶ Item si quis por tauerit radicem yringi.nunq̃ aliquas demo num insidias sustinebit. ¶ Item si sub vesti bus demoniaci ponatur dicta radix demo niacus confitebitur quis ⁊ vnde sit et fugiet. idem. ¶ Iteʒ si luna noua in ortu solis decol laueris vpupam ⁊ cor eius palpitans trans glutias: scies omnia que fiunt et mentes ho minum: ⁊ etiam celestia. ¶ Iteʒ vt libido ex citetur in muliere sanguinem vespertilionis collectum capiti dormienti suppone. Gali. in dya. ¶ Item oua perdicis venerem excitant

De prohibentibus coitum.

In coitu tria sunt necessaria.s.caliditas ventositas.⁊ humiditas.⁊ ideo qui ha bet omnia ista fecundus est quantuʒ est de natura sui. Dicit ergo ex concursu omniũ istorum causatur fecunditas. ita ex defectu istorum sterilitas.nam si habundat humidi tas ⁊ alia sint ablata causatur gomorrea pas sio que dicitur emissio spermatis inuolunta ria.sed si habundat ventositas ⁊ alia nõ cau satur satariasis que est continua virge erectõ cum desiderio ⁊ appetitu ad coitum. Et si ca liditas deficiat vna cum alijs causatur sterili tas que est: quedam dispositio mala in viro vel muliere ratione cuius vir non generat: nec mulier nõ concipit. ¶ Passio ista fit quã doq̧ propter diminutionem virtutis ⁊ q̃nq̧ ɔsũptõeʒ ꝑp̃ debilitatẽ ĩstrumẽti.⁊ aliq̃n ꝑp̃ humiditatꝫ spermatice.⁊ ꝑpter destructionẽ digestiue membroꝝ vt accidit senibus decre pitis ⁊ tũc hec passio cũ cõtingat ex istis cau sis nullo modo curationẽ recipit. Fit etiã ex debilitate desiderij coitus ⁊ fit etiã aliquãdo ex paucitate spermatis.⁊ aliq̃n fit ꝑpter frigi ditatem totius corporis.q̃nq̧ fit etiã propter quieteʒ spermatis nõ mordicantis.quãdoq̧ propter extenuationem ⁊ solicitudinem quã doq̧ ꝑpter mollificationẽ instrumenti.q̃nq̧ ꝑpter paruitatem inflationis in interiorib⁹ ventris.quandoq̧ ꝑpter frigus virge in ner uis virge ⁊ paralisim. Omnes iste cause enu merate hic sunt.ix.quarũ octo recipiũt vtili tatẽ per medicinas ⁊ operationes. nona vo neq̧ per operationes neq̧ ꝑ medicinas cur ationem recipit.neq̧ diminutionẽ sed omni die ei⁹ malitia et causa augmentum recipit vsq̧ ad finem vite.

¶ Legitur in primo libro Ryrami q̧ si.xl. formice decocte cum succo affrodillorum dẽ tur alicui in potu omnibus diebus sue nõ ha bebit vim coeundi. Ryra⁹. ¶ Item cicuta te sticulis emplaustrata aufert coitum omnino Ma. ¶ Itẽ radicis nimphee aquatice succ⁹ si bibatur.xxx.diebus cum aqua extinguit libi dinem. Petr.luc. ¶ Item si opium ⁊ semen iusquiami ⁊ mandragora conficiantur cum aceto et oleo in quo predicta sint decocta et inde inungantur genitalia ⁊ emplaustruʒ po natur super testiculos coitum tollit. Experi. ¶ Item inungentur genitalia sepe de succo morelle ⁊ semperuiue ⁊ aceto.hec ego. ¶ Itẽ dicũt omnes ⁊ specialiter Dyascorides q̧ pi per.ruta.agnuscastus.calamentum.castoreũ. consumunt sua proprietate et forti caliditate semen generationis. ¶ Item si q̃s comederit flores salicis vł popli omnẽ ardorem libidis in eo refrigerabunt.verum est ex longo vsu. hec ego Dya. ¶ Item si vga inungatur cum oleo in quo camphora fuerit resoluta nõ po test erigi. Con⁹. ¶ Item legitur in ꝑmo libro Ry.q̧ gladiol⁹ hẽt duas radices vna super aliã.inferior bibita aufert coitũ ⁊ semẽ gene rationis.idẽ. ¶ Itẽ verbena portata nõ sinit virgam erigi donec deponatur. Ry⁹. ¶ Iteʒ si sub ceruicali eã posueris non erigetur vir ga sed iacebit.idẽ. ¶ Itẽ modicũ vbene datuʒ potui nõ ꝑmittit vgã erigi.vij.dieb⁹.idẽ ¶ Itẽ si ꝑbare vis da gallo mixta cũ sulphure ⁊ gal lus sup gallinã nõ ascendet. ¶ Itẽ vt hõ fiat eunuch⁹ impetuũ vmiculũ q̃ lucet ĩ sũmita te caude da in potu. ¶ Itẽ herba columbina portata in vestimẽto extiguit libidinẽ. ¶ Itẽ inunge aliquam corrigiam cum succo ver bene et porta ad carnem et eris effeminatus. et si quem tetigerit ineptus erit ad seruitium veneris. quia cor tangentis emollit idem.

¶ Itē lapis in sinistra maxilla salpicis piscis alias scalpici inuentus portatus erectionem virge tollit. idez. ¶ Item reuponticū luxuriā tollit ⁊ semen reprimit. idem. ¶ Item de nocte vermis lucens sepe potatus a viro facit cum inhumanum. Gilb. Alij dicunt q̄ nunq̄ possint coire. ⁊ ideo dicit Gilbert⁹. q̄ qui hoc agit sicut inimicus est puniendus. ¶ Itē dicitur de hoc in libro de vermiū natura vermis iste dicitur stella. idem dicit Ryra⁹. ¶ Item farina fabarum apposita inguini pueri libidinē stringit ⁊ pilos non finit nasci nec testiclos pendere. Dyas. ⁊ Ysaac. ¶ Item pix cedri inuncta virge virili intantum genitalia cōtrahit vt inepta fint ad coitum ⁊ generationem Dya. ¶ Item testiculi galli cū sanguine suo lecto suppositi iacēti in eo coitū necat. Sixt⁹ ad octo. ¶ Item semen nimphe aquatice potatatum. semen genitale reprimit. Dy. ¶ Itē nenufar sepe sumptum minuit pollutionem. ⁊ frangit desiderium coitus cum de decoctione eius. ʒ. j. bibitur cum syrupo de papauer̄ congelat sperma cum proprietate sua que est in ipso ⁊ ꝓprie radices eius Auicēna. ¶ Itē semen lactuce desiccat sperma: ⁊ sedat desiderium coitus ⁊ pollutionem. idem. ¶ Item aqua in qua decocte fuerint lenticule ⁊ semen lactuce extinguit impetum libidinis efficaciter. Scipio in grecia. ¶ Item lapis topacius generat castitatem ⁊ reprimit venerē. Lapi. ¶ Item si bibātur. ʒ. iij. seminis coriandri ꝓhibetur coitus. Cō⁹. ¶ Item gumma iuniperi inuncta virge virili probibet ne erigatur. idem Constantinus.

Additio Flores agni casti decocti i aceto cum modico castorei per moduz emplaustri positi super genitalia sperma probibent generari. ¶ Item puluis camphore distemperatus cum mucillagine psillij ⁊ cum succo solatri vel agreste in q̄bus intingantur panni linei ⁊ renibus apponantur. ¶ Item nux muscata in vespere comesta sine potu subsequente summe valet. ¶ Item pulegium exhibitum ad comedendum idem facit. ¶ Item flores salicis siue populi bibiti maxime valent.

De duritie ⁊ apostemate matricis

Radix lilij cum oleo cōmuni cocta super prunas duriciem matricis mollificat et eam aperit. Dya. ¶ Item fomentuz de aqua decoctionis malue vel altee duritiem matricum et orificium eius tollit ⁊ totum aperit. Dya. ¶ Item axungia anseris ⁊ succus porri misceātur ⁊ inungatur collum matricis post menstrua constricta matricem relaxat. Dya. ¶ Item lolium qd̀ Ysaac vocat zizaniā mirra. thus album. ⁊ crocus simul bulliantur ī vino vl' in aqua inde fumigetur mulier et clausam matricem aperit ⁊ ad conceptum disponit. ysaac. ¶ Item radix ebuli elixata ⁊ fomentata omnem duritiez matricis ⁊ omnes eius clasuuras aperit ⁊ sanat. Dya.

Additio Oportet vt corpus p̄us mūdificetur ab humorib⁹ grossis ⁊ melācolicis. Administrent̄ vnguēta sic̄ basilicon ⁊ dyaquilon. ¶ Itez olium de lilio ¶ Item vnguentum expertum infundantur folia capparis in aqua donec limantur. ⁊ teratur cum eis caseus cum aqua mellis ⁊ fiat vnguentum. Aut folia caulis ⁊ flos eius coquantur ⁊ superponantur.

De prouocatione menstruorum.

Vinum decoctionis organi bibitum prouocat menstrua. Vel ipa herba emplaustrata vel suffumigata efficax est. Dya. ¶ Itē suppositorium de bombace inunctum de terebentina īmissum in matricem mundificat eā Experi. ⁊ circa In. ¶ Item farina nigelle cuz melle confecta ⁊ supposita cū violentia magna ducit mēstrua reprime quia periculosum ē. nā adurit. Expe. ¶ Itā amurca olei supposita omnem putredinem matricū educit. Dy. ¶ Itē sponsa solis trita vel sicoree stipes suppositus potenter educit menstrua de corpore Dya. ¶ Itez radix rubee maioris trita ⁊ supposita potenter educit menstrua. Con⁹. ¶ Itē vinum decoctionis calamenti vel pulegij bibitum menstrua prouocat sed arthimesia melius hoc facit. Et quilibet istarum herbarum trita ⁊ supposita. Dya. ¶ Item decoctio pulegij tumorem matricis cito tollit. Et idem fac̄ calamentum. Mac̄. ¶ Item radix lilij cum oleo cocta trita sub prunis et apposita menstrua educit. Et semen eius potatum cito educit fetum mortuum. idem. ¶ Item pastinaca cito tollit tumorem matricis bibita vel supposita fomentata. idē. ¶ Itē saluia bibita vel suppōita mēstrua educit et secūdinā expellit. ¶ Item aristologia bibita ⁊ supposita secundinam educit remanentia post partum ⁊ matricem mundificat. tamen corosiua est ⁊ periculosa. Dyas. ¶ Item nigelle farina cū melle confecta ⁊ supposita cuz violentia educit mēstrua. ¶ Itez sumat̄ ōni mane de arthimesia duosbolos añ prādiū p lōgū temp⁹ mēstruū ꝓuocat. ¶ Itē radix acori formetur ad modum digiti intingatur in oleo laurino vel cōmuni et superaspergatur pulueris ellebori al

bi. ⁊ supponatur cocta nocte donec sanguis fluat. Dya. ¶ Item fiat stupha cũ herbis educentibus menstrua vt origano. calamenta. saturegia. menta. arthimesia. Et iterum parẽ pessarium de elleboro nigro. nigella. dyagredio ⁊ inuoluantur in panno lineo forti ⁊ supponãtur statiz prouocat menstrua sed nimis est violentum. Gilb. ¶ Item cinamomũ. cardamomum. calamus aromaticus. capparis. cortex cassiefistule. semẽ feniculi. calamentuz menta. saluia. saturegia. pulegium regale. galitricum prouocant menstrua. circa In. ¶ Itẽ oleum in quo cocta sit colloquintida. cuz bõbace suppositum potenter prouocat mẽstrua. circa In. ¶ Item fomentum factũ ex decoctione mellisse menstrua longissimi tempis amissa prouocat. Dya. ¶ Item impleatur saccus lineus ad modum digiti. allcis tritis cuz oleo fortiter purgat menstrua. Con⁹. ¶ Itez dosa vnius allci depilata ponatur in orificio matricis potenter purgat menstrua. Constã⁹. ¶ Item origanum tritum suppositum vel bibitum vel fomentatum menstrua longissimi temporis amissa prouocat. Dy. ¶ Itez amigdala amara mundata ab interiori cortice et trita fortiter supponatur potenter educit mẽstrua et alios humores corporis corruptos. Ysaac. ¶ Item ad matricis curationem astrologia vtilis est fomentata vel cum vino imposita quando matrix ex pinguibus grauaẽ totum enim dissoluit ⁊ purgat. Dya. ¶ Item cinamomuz diureticum valde potatum cum aqua secundinas excludit: sed melius facit si mirra addatur. Dya ⁊ ky. ¶ Itẽ morsusgalline tritus torrefactus cum aqua positus sup matricem menstrua prouocat. Expi. ¶ Item oleum lily comestum vel inunctum est medicina cui non est par ad infirmitates matricũ. Auic. ¶ Item radix malue radatur ⁊ superaẽ pergatur puluis scamonee ⁊ superponaẽ certum est ⁊ expertum circa In. ¶ Item fomentum factum de decoctione gallitrici matricẽ optime purgat. ¶ Itez arthimesia trita ⁊ emplaustrata vmblico menstrua purgat. Dyaẽ. ¶ Item succus eius mirre mixtus ⁊ suppositus menstrua educit. idez. ¶ Item saturegia bibita vel supposita statim pellit aborsum. ¶ Item galbanum pessarizatum educit menstrua fortiter. Dya. Alb. circa In.

Addito Dentur trocisci de mira qui sic fiunt. ℞. mirre. ʒ. iy. lupinorum optime tritorum. ʒ. v. foliorum rute. mẽtastri pulegy rubee de qua tingitur asse serapini oppopanaci omnium. an̄. ʒ. y. formẽtur trocisci ponderantes. ʒ. y. ex quibus deẽ in die vnus cuz aqua in qua semen iuniperi coctum fuerit. ¶ Ad idem. ℞. sauine pulegy ⁊ rubee maioris an̄. partes equales fiat decoctio cum vino subtili detur ad bibenduz. Ad idez valet vsus trifere sine opio quolibet mane. Ad idem valet aqua distillata rubee maioris multum fortis. Approximanda per inferius scilicet per vuluam fient suffumigia ex colloquintida. Aut suppositoria vt. ℞. radicẽ genciane pulegy regalis. an̄. ʒ. y. nigelle. ʒ. j. carnium ficuũ quantũ sufficit ad incorporandum puluerizanda puluerizentur misce omnia cum succo maiorane ⁊ fiat massa ⁊ ligeẽ in vltimo cuz filo vt possit extrahi. Ab extra approximanda per balneum. ℞. arthimesie sauine. an̄. M. iy. malue bismalue brance vrsine. an̄. M. j. seminis fen. seminis petroselini anisi. aneti. assari dauci. an̄. ʒ. 5. florum camomille. sambuci anthos vtriusqz sticados. an̄. ʒ. j. fiat sacculus super quo sedeat in balneo. quia aperit vias ⁊ mollificat. Fiat inunctio ex oleo de lilio ⁊ oleo de lino. Vẽtose quoqz sub curuatura poplitis sunt ponende ⁊ flebothomia ex saphena facienda est. postremo q̊z ventose femori sunt superponende. Notãdũ etiam q͛ in prouocando menstrua prius dẽt fieri purgatio cõmunis secundũ exigentiam humorum peccantium. deinde approximari diuretica ⁊ prouocatiua menstruorum.

De inimio fluxu menstruorũ.

Si menstrua vltra modũ fluant fac suppositoriũ de fimo caprino cuz succo sanguinarie ⁊ arnoglosse. Ex. ¶ Itez millefoliũ tritum cum aqua decoctionis ypoquistidos ⁊ balaustie potenter retinet menstrua. h̊ ego. ¶ Item fiat balneũ de mediano cortic̃. quercus plantaginis. virga pastoris. sanguinaria. ⁊ similibus multum valet. ¶ Item fiat tale pessarium. ℞. cinerez cornu cerui. acatie. ypoquistidos. boli ar. mũmie. mastic̃. gipsi recẽtis cere ⁊ sepi caprino. q. suffi. pars eius ẽplastreẽ super renes ⁊ pectinez ⁊ pars pessarizetur efficit vz hec ego ¶ Itẽ fiat balneuz cũ aqua pluuiali. ⁊ de cortice quercus ⁊ sorbi. ⁊ gipso. hec ego. ¶ Itẽ pessarium. fimus porci ⁊ asini recens cum succo sanguinarie. hec ego. ¶ Itez vnũ granũ seminis coriandri si femina biberit vna die retinet. si duo duobus. si tria trib⁹ ⁊ sic vltra. Dy. ¶ Item cerusa pessarizata statim retinet fluxum. maxime si fuerit cerusa aspersa de puluere opy. Experi. ¶ Item succus capitis porrorum vel foliorum intinctuz efficaciter retinet menstrua intantũ etiam vt fluxuz ex aborsu plus retineat in stomõ. Dya.

¶ Item corallus bibit⁹ menstrua retinet. id. ¶ Item cinis glandium combustarum iniectus vulue humores putridos fluentes siccat et saniem sanat. Ysaac. ¶ Item acatia pessarizata fortiter menstrua retinet si teneantur vna hora. Auic. ¶ Item vẽtose magne ad mamillas posite, retinẽt mẽstruũ si tẽcant ꝛc. Itẽ arnoglosse succus iniectus abscindit fluxuz mẽstruorũ et non est ei par medicia. idem. ¶ Itẽ concule piscium que portantur de sancto Jacobo combuste et date potui cum aq̃ sumach multum valent. idẽ. ¶ Item semen vel radix citrina nenufaris est fortius omni re ad retinendum fluxum menstruorum idẽ. ¶ Item cineres rane maioris in sacculo secũ portet mulier et nihil amittet de sanguine. si vis probare liga puluerem ad collum galline et post vnam diem interfice eam et non exiet ex ea sanguis. P. luc. ¶ Item succus stringi alias stragi suppositus sanguinis fluxũ retinet. S. in dya. ¶ Itẽ fex q̃ exit de de arbore quercu bibatur a muliere cũ aq̃ pluuiali retinz mẽ. S. in dya. ¶ Item idem facit aqua decoctionis polegon. bibita. idẽ in eodem. ¶ Item decoctio corticum glandium fluxum menstruoruz mirifice stringit. Dy. ¶ Item sinabriuz datũ potui mira efficatia retiet mẽstruũ. Cõ⁹ ¶ Itẽ solatrum suppositum fluxum menstruorum restringit. Alb. et d. ¶ Item ypericon bibituz ad omnẽ fluxũ sanguis et ventris fortissimũ adiutorium est. Dya. ¶ Item semẽ iusquiami cum semine senatiõis et mulsa bibita fluxuz matricis et sanguinis retinet. Dy. ¶ Itez cor salmandre inter crura portatum non sentiet menstrua alb. ky. ¶ Item cor vulturis ĩ corio ligatum omnem fluxum sistit. ky.

Additio Trocisci de karabe per ebdomadã vnam sunt dandi Aut. ℞. succarũ rosarum. ℥. y. lapidis emathitis trociscorum de karabe de terra sigillata et trociscorũ de spodio. añ. ʒ. j. misceantur et ponantur in scutella parua et deauretur. ¶ Itẽ vnguentum ad idem. ℞. olej masticis absinthy. añ. ℥. s. oleum mirtillorum. ʒ. j. pulueris masticis. ʒ. j. pulueris trociscorum de karabe. trociscorum de terra sigillata. boli armeni. lapidis emathitis. añ. ℈. s. tere parum et fiat vnguentum addas aceti. ℥. s. ¶ Si fit ex habundãtia sanguinis fiat flebothomia ex basilica ventose quoq; ad mamillas apponantur. pessarium quoq; in littera scriptum supponatur. Et sedeat in aqua de curcuma aut in aqua decoctionis aluminis pulueri zati.

De inflatiõe mamillarum.

¶ Si mamille inflentur ex lactis multitudĩe in primo. repercute cum argilla et aceto. aut cum faba trita. aut alumine oui. aut cum lentibus in aceto coctis. in augmento põne ouũ cum oleo ro. quia mãmas et tumorem earuz et omnes duricies tollit. hec ego. ¶ Itez mica panis confecta cum succo apy supponantur. Cõ⁹. ¶ Item fimus bouini. fenugrecũ. melli lotum cum oleo apponantur. Cõ⁹. ¶ Item semen lini apponatur et oleum. idem. ¶ Itẽ in statu. semen lini cum melle temperatũ valet. Con⁹. ¶ Item radicum caulium. menta. farina fabarum. omnia hec et singula trita et apposita soluunt et lac stringunt. idem.

¶ De fistula et cancro.

